
CONCORDIA IURIUM PAROCHIALIUM CUM PRIUILEGIJS...

Petrus Salvator



M




CONCORDIA IVRIVM PAROCHIALIVM

ÇVM

PRIVILEGIIS REGVLARIVM.

Auec vn abregé de cette matiere, & les articles de l'accord en langue françoise, pour desabuser le peuple des fraudes de François Desfontaine.

Per M. P. SALVATOREM sacræ Theologiæ Doctorem Ecclesiæ Cathedralis Aginnensis Canonicum Theologum.



BVRDIGALAE,

Apud PETRVM DE LA COVRT, Typographum Illustrissimi Cardinalis de SOVRDIS. 1626.

VNA est Regularium & Secularium, Prælatorum & subditorum, exemptorum & non exemptorum vniuersalis Ecclesia; extra quam nullus omnino saluatur; eorumq; omnium vnus Dominus, vna fides; & propterea decet eos qui eiusdem sunt corporis, vnius etiam esse voluntatis, *ex Leone 10. in Conc. Lateran. 5. sess. 11.*



ILLVSTRISSIMO

ET REVERENDISSIMO DOMINO D. FRANCISCO miſeratione diuina S.R.E. tituli S. Praxedis Preſbytero, Cardinali de SOVRDIS, Archiepiſcopo Burdigalenſi, Aquitaniæ Primati.

S. P.



N ſilẽtio & ſpe fuit fortitudo mea (ILLVSTRISSIME CARDINALIS) *quando à Secretis Concilij tui me eſſe iuſſiſti: Quia vero quæ tunc in aure*

audiuimus, nunc ita predicantur ſuper tecta, vt tecta potius videantur eſſe quàm detecta, ita inquam à filijs tenebrarum obſcurantur Decreta illa ſanctiſsima quæ nunc ad fugandas noctuas in lucem prodierunt & tot errorum inſimulătnr, vt non arma lucis ſed opera tenebrarum eſſe credantur à permultis: Impie me facturũ exiſtimaui ſi tacerem. Ne ergo Behemot ſub vmbra dormiat in ſecreto calami faxit Deus vt lingua mea ſit quaſi calamus ſcribæ velociter ſcribentis, nam & ſi tacuero, lapides ipſi clamabunt. Inſurgitur à Lupis in Paſtores Eccleſiæ Gallicanæ quaſi in hæreticos & Schiſmaticos: caſtiſsima mater noſtra accuſatur adulterij, quis legitimus filius non cõqueratur? Concilium nouatorũ ſacratiſsimis Cõcilijs Aquitanicis inſultat, Confeſsio ſacramentalis Parocho facta ad cognoſcendum gregem ſuum, audacter tum verbo

tum ſcriptis inutilis eſſe aſſeritur: Clerum ſecularem neque Doctores habere neque Paſtores qui ſciant vel poſſint docere plebem exiſtimatur. Omnes omnino fideles in vniuerſo orbe terrarum, ita liberi à legibus Diœceſanis & Prouincialibus & ita exempti eſſe putantur vt numquam in tota vita ſua confiteri proprÿs Parochis, numquam ab eis diuinum verbum audire, numquam Miſſæ Parochiali vel Prono aſſiſtere teneantur, dummodo, inquiunt aliqui, hæc & ſimilia fiant vel audiantur à fidelibus in Eccleſijs quorumdam Regularium, quos proinde nulla Epiſcopalis authoritas corrigere poterit quidquid ipſi delinquant vel circa plebẽ vel circa Sacramentorum adminiſtrationem. Peruerſæ huic doctrinæ ſubſcribunt nonnulli qui curam animarum habentes, libere in Regulares curam omnem audiendi Confeſſiones, prædicandi, & celebrãdi tranſ-

mittunt, sibi solam curam colligendorum fructuum reseruantes. Hæc sunt (ARCHIPRÆSVL AMPLISSIME) *zizania quæ hodie superseminat inimicus homo, dum sub specie pietatis quasi Regulares protegēs, totum Hierarchicum ordinem Ecclesiæ peruertit. Ad eum conuincendum huic vni rei dandam esse operam duxi, vt à temporibus Apostolorum vsque in præsentem diem, continuata temporum serie manifestum fiat, sic semper & vbique creditum, statutum & obseruatum esse à pijs Catholicis, maxime vero ab Ecclesia Gallicana, sicut decretū est & stabilitum ab illustrissima vestra dominatione & Comprouincialibus suis circa authoritatem Pastorum, Conciliorum firmitatem, Confessionem annuam Parocho aut alteri de eius licentia faciēdam, diuinum verbum in Ecclesia Matrice audiendum, & Missam Parochialem, nec non circa potestatem*

Episcopalem in puniendis quibusdam Regularium excessibus. Iucundissima mea illa amicitiæ suauitas tuæ, meusque erga te cultus & peruetus admodum obseruantia tuo in omnibus rebus meis patrocinio confirmata, me ad hoc opusculum celsitudini tuæ dicandum impulit, non quasi summæ eruditionis tuæ nescius, arbitratus sim noui me quidquam allaturum tibi; sed vt hoc ipsum qualecumq; est, tua illa qua fulges amplitudine illustratum (si tamen ei album adieceris calculum) conspici ab vniuersis nullo iam meo rubore possit, durissimis his temporibus, cum ea fere omnia desunt quibus hac in re sæpius desperata audeat sibi aliquis remedium aliquod polliceri: fortior tamen præ omnibus erit veritas,

Inuia magno animo non erit vlla via


Maxime vero te iubente, te praeeunte, te fortiter, vt soles, dimicante aduersus nouellos istos Episcopalium &

Parochialium iurium contemptores. Interim fœliciter cœptis faue (ILLVSTRISSIME CARDINALIS) *& clientem tuum foue qui te semper vnice sancteq; colet & obseruabit,*

Illustrissimæ ac Reuerendissimæ Dominationis tuæ seruus humillimus & obsequentissimus,

PETRVS SALVATOR.





APPROBATIONES THEOLOGORVM.

EGo Gilbertus Grymaud Presbyter Ecclesiæ Burdigalensis Ecclesiastes, & in sacrâ Theologiâ Doctor Regens, legi libellum qui *Concordia Iurium Parochialium*,&c. per M. P. SALVATOREM, inscribitur : eumque ad sacræ politiæ notitiam & praxim dignissimum typis cum elogio censui. Datum Burdigalæ 26.Maij 1626.

GILBERTVS GRYMAVD.

INfrascriptus sacræ Theologiæ Doctor Fronsiaci Archipresbyter ac Illustrissimi & Reuerendissimi Cardinalis de Sourdis Burdigal. Archiepiscopi Aquitaniæq; Primatis Vicarius Forēsis, *Iurium Parochialium Concordiam* eruditissimi viri PETRI SALVATORIS Agennensis Theologalis Canonici summo labore & industria elaboratam perlegi, nihilq; in ea fidei orthodoxæ contrarium, imo multa quæ Religionis Christianæ authoritatem & constantiam apertis testimonijs illu-

ſtrant, inueni: proinde quòd à pijs omnibus euoluatur & in publicam vtilitatem typis mandetur luceq; ocyus donetur, æquiſſimum eſſe cenſui. Actum Burdigal. 12. Iunij A. D. 1626.

F. LE DVC.

LICENTIA SVPERIORIS.

FRANCISCVS miſeratione diuina S. R. E. tituli Sanctæ Praxedis Presbyter, Cardinalis de Sourdis, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Archiepiſcopus Burdigal. Aquit. Primas. Viſa approbatione Theologorum libelli, *Concordia Iurium Parochialium cum priuilegijs Regularium*, inſcripti per Magiſtrum P. SALVATOREM Eccleſiæ Agennenſis Canonicum Theologum: concedimus vti typis mandetur. Burdig. in Palatio noſtro die 13. menſis Iunij 1626.

FRANCISCVS CARDINALIS
Archiepiſcopus Burdigal.




ANAGRAMMATA.

PETRVS SALVATOR.
STAT SVPER LAVRO.
ROSA VVLT PETRAS.
PETRA VVLT ROSAS.

DE Petra est Parochus, de Petra est Relligiosus:
Si Rosa de Parocho est, Relligio ergo Rosa est:
Vtraq; pulchra Rosa est, nec nō firmißima Petra:
Molliter excipitur vtraque durities.
Vtraq; fundatur Petrâ, recreatur odore;
Si Rosa vult Petras, vult quoque Petra Rosas.
Christicolis mel Petra fluit, Rosa fundit odorem;
Sicque iuuat Parochos Relligiosa cohors.
Non Rosa diuelli poterit, non Petra secari:
Qui super hac Lauro stat, facit vnanimes:
Discordes animos huius CONCORDIA *iungit:*
Huic insigne esto, Laurea, Petra, Rosa.

IOANNES FILLOTTVS.



IN CONCORDIAM D. P. SALVATORIS.

EPIGRAMMA.

Materna in varias disrũpere viscera partes
Atque in se fratres mutua bella parãt.
Quid causæ est? diuina Patrum decreta suorum
Non sat compositis explicuere animis.
Tu sacra Concilia, & Maiorum Iura tueri,
Consilijsque potes conciliare tuis.
Vt tua concordes faciat Concordia, quosque
Vna fides iungit, iungat & vnus amor.


R. EZEMARDVS in sacra Theologia Baccalaureus.

8




INDEX.

EORVM QVÆ IN HOC LIBRO CONTINENTVR.



LIBER FRANCISCI DEFONTAINE REFELLITVR.



NNO 1625. Franciſcus Defontaine, nomine & prælo ementito, Regularem ſe eſſe fingens, ſui Ordinis tacito nomine, abſque vlla Superiorum ſuorum facultate, ſine Doctorum approbatione, abſque licentia vllius Diæceſani, contra decretum Conc. Trid. ſeſſ. 4. contra vtilitatem Confeſſionis proprio Parocho factæ, vt per eam Paſtor in ſui gregis deueniat cognitionem, librum gallico ſermone in lucem edidit, quaſi in fauorem Regularium, reipſa tamen in totius Cleri ſecularis Gallici cõtemptum, & in Iurium Epiſcopalium ac Parochialium euerſionem; de quo dicendum eſt merito illud Sapientis, *Meliora ſunt vulnera diligẽtis quàm*

istius Francisci *fraudulenta oscula blandientis.*

Primò, Multũ laboris impendit in probandis sequẽtibus propositionibus: Multi Religiosorũ operâ & industriâ fœliciter vsi sunt, & quamplurimi ex ijs Sancti sunt, & Ecclesiæ multum profuerunt *pag.* 52. 249: Regulares etsi posterius vocati non tamen arcendi sunt ab Ecclesiastica hierarchia *pag.* 85: Religiosis licet sua Iura iustè tueri suaque priuilegia, quandiu non fuerint iustè reuocata vel abrogata *pag.* 115. 119. 149: Ob vnius Regularis culpam cæteri non sunt puniendi nisi sint socij criminis *pag.* 159. 167: Priuilegiati à summo Pontifice & ab Episcopo probati possunt quouis tempore audire Confessiones, dummodo intemeratum permaneat ius Ordinariorum quorum vnus est Parochus *pag.* 189. 214. 211: Papa vel Episcopus dare potest licentiam specialem quibusdã, vt ex iusta causa omisso Parocho, alteri probato confiteantur etiam in Paschate *pag.* 200. 206: Denique veræ sunt Theses circa hanc materiam olim à D. Thoma propositæ & cõprobatæ *pag.* 277. 285. His & similibus dum immoratur Aduersarius disputans

contra Prælatos Gallicos, eós grauiſſima afficit iniuria, neque enim illa negantur ab ipſis, ac proinde victorias & triũphos non debuit ſibi polliceri, dum probauit quod ei nunquam fuerat negatum.

Secundò, Vaniſſimus hic homo gloriatur, ſententiam ſuam Patronos habere Diuos Auguſtinum, Gregorium, Bernardum, Chryſoſtomũ, Chryſologum, Anſelmum, Rupertum, Thomam, Bonauenturam, Carolum, viginti ſummos Pontifices, Reges, Principes, tria Concilia generalia, quingentos Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Synodos Prouinciales, Parlamentorũ decreta, Gerſonem, Genebrardum, Doctores Sorbonicos, Parochos Pariſienſes, Galliæ conſuetudinem, communem conſenſum Doctorum & Prouinciarum omnium, vocem populi, textus Euangelicos, Sanctos qui in cœlis ſunt; & multorum ſeculorum poſſeſſione rem totam firmari, *Initio ſui libri & pag.* 40. 42. 44. 155. 161. 213. 215. 291: prędictiſq; omnibus indici bellum à Clero Gallicano dum Franciſco Defontaine contradicitur *pag.* 80. 287. Sed hoc imponere Prælatis catholicis diabolicum eſt; & quos gloriatur ſe habere patronos,

eos omnes habet aduersarios, vt patebit ex infra citandis per singula secula.

Tertiò, Superbit homo iste dũ Prælatos comparat Sacerdotibus veteris legis, se autem & suos Samaritano *Luc.* 10. *pag.* 81: dum socios suos vocat Principatus & Seraphinos *pag.* 96. 104. 105: dum sua non minus quàm Ecclesiæ Gallicanę priuilegia irreuocabilia esse putat *pag.* 169: dum se suosque esse quasi Soles splendorem Cleri secularis obscurantes, seque esse veluti Alexandros pharisaïco accentu gloriatur *pag.* 171. dumque suos non minus amplectendos esse dicit quam viros Prophetas *Numeror.* 11, & dæmonum eiectores *Marc.* 9. *pag.* 19. 23. ac mirabilium patratores; quasi vnicuique ipsorum promissum sit à Christo *Ioan.* 14. *Opera quæ ego facio & ipse faciet & maiora horum faciet. pag.* 171.

Quartò, Nec sanctorum honori parcendum esse iudicauit, dum (forte in odium Decretorum Mediolanensium de *quibus infra ad annos* 1565, 1569, 1573, 1576, 1579. & 1582) Beato Carolo videtur quasi opposuisse B. Bonauenturam, Thomam, Bernardum & alios, dúmque ei exprobrat quod iuuenis prælatu-

tam expetierit, & tandem acceptarit *pag.* 39, 42: dum de eo ſic, accentu neſcio quo, loquitur, *de croire S. Charles tout ſeul contre vn torrent ſacré de tant d'autres, il m'en ſçauroit mauuais gré ſi ie l'auois faict, Certes ie ne le veux pas facher pag.* 44. 45. *prenons S. Charles que vous aymés tant pag.* 310. *Dieu vous faſſe tous des ſaincts Charles puis que vous l'aymés tant pag.* 314. De eius autē digniſſimo ſucceſſore ſic ait, *il n'eſt pas encore Sainct, quand il le ſera nous parlerons à luy pag.* 51. Certe in ſua illa impia aſſertione de inutilitate Confeſſionis, &c. ſanctis ſanctorumque Decretis *infra cap.* 3. *citandis* ipſe bellum indicit.

Quintò,

Non de Scripturæ fontibus iſte bibit, dum hiſtoriam Marthæ in domo ſua ſollicitæ *Luc.* 10, cum hiſtoria Magdalenæ vnguentum in Chriſti caput & pedes refundentis in domo Simonis leproſi *Ioan.* 12. ita confundit, vt quaſi vna & eadem apud ipſum eſſe videatur *pag.* 30: dum etiam locum illum *Prouerb. cap.* 27. *diligenter agnoſce vultum pecoris tui*, de cura animarum à Chriſto explicatum *Ioan.* 10. & curæ parochiali *à Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 1, applicatum, iſte de curandis & impin-

guãdis brutorũ gregibus explicat, vt quis cito ditior fiat *pag.* 190. 202, quasi huic diuitiarũ sollicitudini promittatur corona in generatione & generationẽ, seu vita æterna : dum etiam in veteri lege nullam Confessionem admittit *pag.* 189. immemor eorum quæ fusè tradit *Belarm. in tract. de pœnit. ex cap.* 5. *Numeror. Leuit.* 5. *Ecclesiastici* 4. *& ex consuetudine Rabinorum*; vnde etiam *Math.* 3. Iudæi peccata sua Ioanni confitebantur.

Sextò, temere asserit impossibile esse per Confessionem agnoscere vultum pecoris sui *pag.* 194, 195, 197, 198. Nam facile per Vicarios refferri potest ad Rectorem quinam sint confessi; per Rectores sciũnt Episcopi statum suæ Diæcesis; & si quid grauius occurrat per Episcopos Papa consulitur. Secretiora peccata (periculosiores morbi animæ) non aliter dignosci possunt à medico Parocho vt curentur, nisi per Confessionem, detegantur : vnde non impossibilis est hæc cognitio, sed omnino necessaria vt plenè & integrè sciãt Pastores quorum peccata remittẽda sint & quorum retinẽda, ideoque merito damnata est altera opinio *à Cõc. Trid. sess.* 14. *can.* 8. tantum abest vt aduersarius noster

olicorum partes agat.

ptimò, Dumolin *in suo clypeo fidei* (quã-
it Caluinista) fatetur quatuor Cõfes-
es necessarias esse ad salutẽ; 1. est quæ
eo, 2. quæ fit Ecclesiæ corã populo,
uæ secreto fit Pastori, 4. quæ fit pro-
o offenso. At vero Franciscus De-
aine ait, Confessionem quæ fit pro-
Parocho inutilem esse ad agnoscen-
vultum pecoris; quia (inquit) pœni-
es possunt mentiri *pag.* 199, quia Pa-
ii non possunt reuelare peccata sibi
fessa *pag.* 195, quia pænitens non te-
ir nomen suum dicere *pag.* 199. &
forte non nisi semel in anno & festi-
ter præ nimia turba confitebitur *pag.*
. Respondeo per *extrauag. 1. de priuil.*
mmun. Religiosis districtè præceptum
à summo Pontifice, vt contrariam
tentiam tueantur, & doceant suos au-
ores ac pœnitentes, vtile esse si peccata
semel etiam legitime confessa & con-
ata, iterum proprio Sacerdoti confi-
ntur; certe multo vtilius erit alia non-
n confessa eidem confiteri: Nam &
ci sunt qui mẽtiantur in Confitendo:
ochus autem non reuelabit sibi con-
a, sed tamquam bonus medicus con-

uenientia adhibebit medicamenta ijs quos ex iteratis confeſſionibus aduerterit procliuiores eſſe ad certa quædam peccata: agnoſcet etiam pœnitentes extra confeſſionem dum conſuletur ab eis: & quibus ob turbam ſufficiēter in Paſchate conſulere non potuerit, eos in diem & horam commodiorem remittet: qui ſi noluerint nomen ſuum aperire, ſaltem ſtatum ſuum explicare tenebuntur, pro iudicandis circunſtantijs peccatorum in Coniugatis, in Beneficiatis, &c: preterquam quod incōmoda illa obiecta, paucorum ſunt; vtilitas vero multorum: & quidquid de inutilitate Confeſſionis garrit hic homo inutilis, hoc totum dici poſſet de Confeſſionibus quæ fiunt Regularibus quibus æquè mentiri poteſt pœnitens,&c.

Octauo, Somniat hic homo dum nimios dicit eſſe Chriſtianos in mundo *pag.* 193, & dum in Guilhelmum de S. Amour & in Armacanum hęreticos inſurgit,quaſi eorum & Prælatorum Galliæ ſit eadem ſententia *pagina* 80, 111, 287, & quaſi nos exiſtimemus reos illos eſſe peccati mortalis qui ſummo Pontifici ſunt addicti *pag.* 12. Diabolica ſunt iſta commenta;

n veri & pij Religiosi fouentur & ho-
antur à toto Clero; multi Episcopi
B. Carolo suas conscientias ipsis
mittunt *pag.* 71, quia dum confiten-
plus ipsi se dirigunt quàm dirigantur;
bus tamen Diæcesim non commit-
nisi tanquam Parochorum coadiu-
bus, vt brachia Mosis orantis susten-
,non vt ea præscindant *pag.* 90; vt cir-
oram nonam in vineam vocati, prio-
perarios iuuent, non impediant, *pag.*
vt è secunda nauicula euocati & ro-
Luc. 5. eos qui in naui apostolica sunt
uent, non vt in captura piscium sibi
es omnes assumant, *pag.* 106 : gaudet
em mater, filium suum è luto ab ex-
cis eleuari *pag.* 83, sed grauiter dolet
ımdem doceant eam contemnere:
det etiam Princeps militiæ si multos
at voluntarios milites *pag.* 87, sed
ntarij non minus tenentur militiæ
bus quàm cæteri, si militare velint;
erquam quod non ita liberi sunt
i Regulares quin stipēdij loco egre-
habeant reditus ad deseruiendum
esiæ sub legibus Diæcesum & Pro-
iarum, quibus per Rescripta genera-
on derogat summus Pontifex *cap.* 1,

de constit. in 6.

Nono, fortior præ omnibus est veritas, cuius euidẽtia cogitur aduersarius fateri, Religiosos priuilegiatos esse filios orphanos, pupillos, & oues Reuerendissimorum Episcoporum *pag.* 3; eos specialiter esse vocatos vt inseruiant ijs qui particularem curam animarum habent, quales sunt Parochi *pag.* 26: absque Regularium tantâ operâ diu B. Carolum sanctissime populum sibi commissum gubernasse *pag.* 62. 69. 74: primum locum deberi Episcopis, secundum Parochis; qui in locum 72 Discipulorum successerunt *pag.* 93: Regulares nisi à suis Superioribus corrigantur ab Episcopis posse puniri *pag.* 165: Priuilegiatos, à casibus Episcopo reseruatis, sine speciali eius licentia absoluere non posse *pag.* 172. Religiosorum priuilegijs non esse violandum Ius Ordinariorum *pag.* 165. 214: Denique pro firmanda in æternum pace & concordia inter Seculares & Regulares, vtrinque seruanda esse Concilij Tridentini decreta *pag.* 310.

CON-



CONCORDIA

IVRIVM PAROCHIALIVM

CVM

PRIVILEGIIS REGVLARIVM.

CAPVT PRIMVM.

De Primatibus Archiepiscopis Episcopis & Rectoribus.



IRCA annum 58. ex *Canone* 30. *Apostolorum Gẽtiano Heruete interprete*, Si quis presbyter contẽpto proprio Episcopo seorsum Congregationem fecerit & alium altare fixerit, deponitur; Laïcus tem excommunicatur.

A

Post annum 93. *ex Epist. 3. Clementis*; Si vobis Episcopis nõ obedierint omnes Presbyteri, Diaconi ac subdiaconi & reliqui Clerici omnesque Principes tam maioris ordinis quàm inferioris atque reliqui populi, tribus & linguæ nõ obtemperauerint; non solum infames, sed & extorres à regno Dei & consortio fidelium ac à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt.

Post annum 112. *ex Epist. 1. Euaristi*, vnaquæque ciuitas septem habere debet Diaconos, qui custodiant Episcopum prædicantem.

Post annum 142. *ex Decret. Thelesphori Papæ*, Pontifices & reliqui Sacerdotes quibus Domini commissa est plebs, nullomodo ritè populum possunt corrigere; si deceptionis se cognouerint laqueo infestari: vnde iustum est omnes in vniuerso orbe Doctores legis, ea quæ legis sunt sapere, & non Sacerdotes Domini labijs suis aut quibuslibet machinationibus maculare. Debuit ergo tacere cum suis, Desfontaine.

Post annum 179. *ex Eleutherij Epist. Decret. ad Galliæ Prouincias*, Episcopi in grauioribus causis à solo Papa dijudicantur;

Cæterorum vero causæ apud Prouinciales & Metropolitanos ac Primates, & ventilantur & iustè finiuntur.

Circa idem tempus floruit D. Iræneus, qui *lib.* 4. *cap.* 43. Presbyteris qui sunt in Ecclesia ijsque qui successionem Apostolicam habenr, obediendum esse dicit.

Post annum 314. *ex Conc. Prouinc. Laodiceno, can.* 57. non oportet in villulis vel in agris Episcopos cōstitui, sed Visitatores; verumtamen iampridem constituti nihil facient præter conscientiam Episcopi ciuitatis; similiter & presbyteri prȩter consilium Episcopi nihil agant.

Anno 325. *ex viginti canonibus Niceni Concilij primi OEchumenici & vniuersalis per Gentianum Heruetem can.* 4. Confirmatio eorū quæ fiunt in vnaquaque Prouincia, fit ab Episcopo Metropolitano.

Ex eod. Conc. *can.* 38. *Arabico ex Pisano lib.* 3. Nullus Episcoporum in parœcia alterius ordinationes Presbyterorum aut Diaconorum faciat, exceptis Patriarcha & Archiepiscopo in locis quæ sub potestate eorum sunt, neque quidquam disponat in aliena parœcia sine licentia proprij Episcopi. *Can.* 50. non sit nisi vnus Episcopus vnius ciuitatis, nec in vna Ec-

clesia villæ sint duo Sacerdotes; & si fuerit magna, sacerdos secum habere poterit Diaconos: & solus Sacerdos in his quæ ad altare pertinent præsit, sicut Episcopus solus est superior in Ecclesia sua. Ergo nomine Sacerdotis intelligitur Parochus.

Anno 349. *ex Can.* 7. *Conc. Cartagin.* 1. Nullus Clericus vel Laïcus communicare debet in aliena plebe sinė literis Episcopi sui.

Anno 397. *ex Conc. Cartagin.* 3. *cap.* 28. Non licet Episcopis longius proficisci sine Formata sui Metropolitani.

Circa annum 400. *ex Can.* 4. *Conc. Prouinc. Cartagin.* 5. Res Ecclesiæ non possunt alienari sine consensu vel consilio Metropolitani.

Circa annum 423. D. August. *Epist.* 86. *ad Casulanum*, dicit ieiunia esse obseruanda varijs modis pro varietate locorum & secundum Episcoporum præscripta.

Anno 451. *ex Can.* 17. *Calcedon. OEcumenici Conc.* 4. Parochiæ eorum sint qui per triginta annos eas possederint; Lis autem super eis mota, à Metropolitano vel Primate aut Patriarcha dijudicetur.

Anno 506. *ex Can.* 38. *Conc. Prouinc.*

gatensis, Clericis & monachis sine com-
endatijs litteris Episcopi sui licentia
n pateat euagandi: quos si verborum
crepatio non emendauerit, etiam ver-
ribus statuimus coerceri.

Anno 507. *ex Can.* 17. *Conc.Prouinc. Au-
ianensis*, omnia quæ Parochijs offerũtur
delibus, in Episcopi potestate cõsistũt:
e his tamen quæ in altario accesserint,
tia Episcopis fideliter deferatur, &
æ Clericis: Decimarum autem singulis
nis quartam partem, aut in quarto anno
am Episcopi recipiant.

Anno 509. *ex Can.* 27. *Conc. Prouinc.
unensis*, ad celebrandum diuina officia
linem quem Metropolitani tenent,
seruent Prouinciales.

Anno 563. *ex Can.* 6. *Conc. Prouinc. Bra-
nsis*, Conseruato Metropolitani Pri-
tu cæteri Episcoporum secundum suę
inationis tempus, alius alio sedendi
ferat locum.

Anno 572. *ex Can.* 2. *Conc. Bracarensis*,
rtia pars oblationum quæ antea Epis-
o fuerat reseruata, luminaribus Ec-
siæ vel reparationi impenditur; ita ta-
n vt singulis annis Episcopo de ea red-
da sit ratio.

Anno 590. *ex Can.* 10. *Conc. Antisiodorensis*, In altari vbi Episcopus missam dixerit, Presbyter eadem die missam non dicat.

Post annum 590. *ex lib.* 12. *Epist. B. Gregor. epist.* 31. bonorum Ecclesiasticorum quatuor portiones fiunt, vna Episcopo & familiæ eius propter hospitalitatem & susceptionem; alia Clero; 3. pauperibus, & 4. Ecclesijs reparandis.

Anno 653. *ex Conc.* 8. *Toletano cap.* 9. solis Pastoribus proprium est dare posse licentiam ægrotis vel senioribus manducandi carnes tempore prohibito: Nam & in rebus omnibus dubijs, tuta fit conscientia pœnitentis, quando consilium & determinationem, non cuiuslibet Confessarij ad libitum electi, sed proprij Pastoris sui sequitur.

Anno 657. B. Maximus *in cap.* 1. *D. Dionys. de diuin. nom.* in eodem ordine collocat scripturas sacras & Episcoporum traditiones.

Anno 705. *ex Can.* 12. *Conc. Emeritensis*, Episcopus eos qui illi placiti fuerint de Parochia sua, Presbyteros atque Diaconos Cathedrales sibi facit. *Ex Canone decimo quarto* pecuniarum quæ in Eccle-

Episcopali offeruntur 3. pars Episco-
, altera Sacerdotibus & Diaconis, alia
ibdiaconis & minoribus Clericis re-
iquitur. *Ex Can.* 16. Idem seruatur in
stributione pecuniarum quæ in Eccle-
s Parochitanis offerũtur, hoc excepto,
iod tertia pars Episcopi, si ille sufficien-
r habeat aliunde, reparationibus appli-
tur.

Anno 756. *ex cap.* 8. *Conc. in palatio Ver-*
sub Pipino Rege Francorum, Nullus Pres-
ter præsumat Baptizare, nec Missas
lebrare sine iussione Episcopi in cuius
rochia est.

Anno 773. *ex Epit. Can. quos Adrianus*
pa Carolo magno obtulit Romæ, Nouas spicas
eum, vuas & incensum ad altare licet
ferri ad benedicendum; reliqua omnia
domum Episcopi & Presbyteri: ne
piscopi alienam Parochiam inuadant:
Clerici suam Ecclesiam relinquant
æter Episcopi licentiam: Presbyter qui
ntempto Episcopo suo seorsum con-
ntus fecerit, deponatur: Episcopi sine
imate suo, Primas absque suis suffraga-
is nihil disponant, nec in proprijs Pa-
chijs: nullus accipiat vel distribuat
lationes pauperum præter Episcopum

aut eius Vicarium: ne Episcopus ordinetur in vicis vel in modicis ciuitatibus: Episcopus vel presbyter excommunicetur, si alterius Episcopi excommunicatum receperit in Communionem.

Anno 816. *ex cap.* 8. *&* 9. *Conc. Aquisgran.* patet, differentiam esse inter Presbyterum & Sacerdotem, quia hic maior est illo ob jurisdictionem: *ex Cap.* 106. culpa sua pereunt, qui Sacerdotum increpationes contemnunt.

Circa annum 843. *ex Rabano lib.* 1. *suæ institutionis Clericalis*, Sacerdos legatione fungitur inter Deum & homines, dum offert vota populi.

Anno 855. *ex Conc. Valent. cap.* 9. Parochiales Presbyteri Episcoporum sunt adiutores.

Anno 1078. *ex Conc. Romano.* Nullus Abbas decimas & primitias sine authoritate Papæ vel Episcopi detineat.

Anno 1215. *ex Conc. OEcumenico Lateran.* 4. *cap.* 10. Episcopi assumant sibi cooperatores ad prædicandum & ad audiendas Confessiones: *cap.* 56. Irrita sunt pacta quibus Presbyter Parochialis vel Decimis vel sepulturæ juribus defraudatur.

Anno

Anno 1267. *ex Conc. Oecumenico Vien-nenſi.* Nemo Eccleſiam Parochialem à Laïco Patrono audeat accipere niſi ab Epiſcopo vel ab Archidiacono inſti-tuatur.

Circa annum 1270. *floruit B. Thomas, cuius Theſis 22. contra Guillelmum de ſainct Amour, hæc eſt,* Quemadmodum Apoſtolis Epiſcopi, diſcipulis Parochi, ſic diaconis Religioſi ſucceſſerunt: *ex* 2ª. 2ª. *q.* 184. *a.*6. *ad* 1. locus D. Pauli 1. *Tim.*5. qui bene præſunt preſbyteri duplici honore digni habeantur, intelligitur de Epiſcopis & inferioribus Presbyteris; In quem arti-culum Caietanus notat, Epiſcopos in Apoſtolis, & Rectores animarum in 72. diſcipulis eſſe inſtitutos. Ecce Parocho-rum dignitatem & authoritatem a Chri-sto inſtitutam, dum quoſdam poſuit Pa-ſtores & Doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij & in ædifi-cationē Corporis Chriſti, *Epheſ.*4. Re-gularium autem Monachorum ſancta quidem eſt inſtitutio, ſed nō ita antiqua; utiliſſima ſane ſed nō abſolutè neceſſaria; Ordines Religioſi non ſunt neceſſitatis ſed voluntatis, *ex Belarm. lib.* 2. *de monach. cap.* 19. *Ex ead. q. art.* 8. ſecundum diffi-

cultatem exercendi curam animarum longe perfectior est status Curati quam Religiosi. *ex suplem. q. 8. a. 5. ad 3^u.* super eandem plebem sunt immediatè sacerdos Parochialis, Episcopus & Papa; qui tres principalem habent curam animarum licet in diuerso gradu: Religiosi vero priuilegiati habent curam minus principalem, ita vt pœnitens non tam teneatur obedire priuilegiato quàm proprio sacerdoti, qui triplex est, Papa scilicet, Episcopus & Parochus, & hi tres sunt Ordinarij, ac possunt delegare, *ex Nauar. in enchir. cap. 25. num. 141.*

Post Annum 1294. *ex lib. 6. Decr. per Bonifacium Papam edito cap. 1. de constit.* summus Pontifex quia locorum specialium & personarum singularium consuetudines & statuta (cùm sint facti & in facto consistant) potest probabiliter ignorare; ipsis, dum tamen sint rationabilia, per constitutionem à se nouiter editam (nisi expresse caueatur in ipsa) non intelligitur in aliquo derogare. Hinc patet per bullas Regularium nunquam derogatum esse Concilijs Prouincialibus Aquitanicis. *Ibid. de offic. ordin. cap. 1.* Donec Archiepiscopus de facili potest haberi, Of-

cialis eius suffraganeum excommunica-
suspendere aut interdicere non potest,
ropter ordinis Episcopalis reuerẽtiam.
id. de pæn. cap. 1. potest Archiepiscopus
inire sibi vel suæ familiæ iniuriantes, si
risdictionem eius impediunt. *Ibid. de
ntent. excom. cap.* 4. Episcopi nullam in-
rdicti vel suspensionis incurrunt sen-
ntiam nisi in sententia ipsi sint expressi.

Anno 1303. *ex Const. Benedicti* 11. *ex-
auag.* 1. *de priuileg. in com.* Religiosi non
ebent prædicare horà in qua Diæcesani
rædicant, vel coram se faciunt prædi-
ari: *ex ead. constit.* Regulares priuile-
ati de funeralibus medietatem soluere
nentur Sacerdoti Parrochiali.

Anno 1311. *ex Conc. OEcumenico Vien-
nsi tit. de Hæret. in Clementinis*, damnatur
rror Begardorum dicentium perfectos
õ obligari ad seruanda pręcepta Eccle-
æ. *Ibid. tit. de pæn.* Precipitur Reli-
osis sub interminatione maledictionis
ternæ, vt requisiti à Parochis, vel eorum
icarijs, octies saltem in anno populum
oneant soluendas esse Decimas. *Ibid.
.de Senten. excom.* Religiosi etiam exẽpti
olantes interdictum vel cessationem à
uinis, posita ab Ordinario loci vel à

Concilio Prouinciali & à Cathedrali vel Matrice Ecclesia obseruata, excõmunicati sunt ipso facto, nonobstantibus priuilegijs, &c. *Ibid. tit. de sepult.* Excommunicati sunt etiam Exempti qui in casibus non permissis sepeliunt defunctos in Cemeterijs tempore interdicti, vel qui scienter sepeliunt publicè excommunicatos, nominatim interdictos, vel manifestos vsurarios, Clem. Dudum *eod. tit.* quartam partem eorũ omniũ quæ quouis titulo dantur Regularibus siue pro funere siue alijs de causis, reseruat Parochis.

Anno 1317. *ex Conc. Rauenn. rubr.* 5. Nemo in Canonicũ vel in Monachũ recipiatur sine licẽtia speciali sui Ordinarij.

Circa ann. 1320. Durandus *in 4. Sententiarum dist.* 15. *q.* 1ª. *a.* 1º. ait non minorem esse potestatem Prælatorũ Ecclesiæ condendi leges pro Spiritualibus, quam Principum pro Temporalibus.

Post annum 1418. *ex Conc. Constant.* error 18. Ioannis Vuiclef damnatus à Concilio hic est; Decimæ sunt puræ eleemosinæ & Parochiani propter peccata suorum Prælatorum possunt ad libitum eas auferre: *Error.* 30. *hic est*; Excommunicatio Papæ vel cuiuscunq; Prælati

on est timẽda: *Error* 32. *hic est*; ditare Cle-
m est contra Regulam Christi: *Error*
3. *hic est*; Decretales Epistolæ sunt apo-
iphæ, & seducunt à fide Christi, & Cle-
ci sunt stulti qui student eas. Ioannis
us etiam à prædicto Concilio damnati
ror 15. hic est; Obedientia Ecclesia-
ca est obedientia secundum adinuen-
onem Sacerdotum Ecclesiæ præter ex-
essam authoritatem scripturæ: Ecce
tronos eorum qui hodie leges Episco-
les contemnunt.

An. 1448. *ex Cõc. Turon. c.* 17. Indulgẽtias
Apostolica sede cõcessas publicare &
pulo exponere pertinet ad Rectores
l ad alium à Diæcesano deputandum.

Anno 1473. *ex Conc. Tolet.* Nemini licet
sticalia vel artificialia opera exercere,
t agros colere diebus festis, nisi vrgẽte
cessitate, vel euidenti pietatis causa, &
c de licentia sui Sacerdotis.

Anno 1515. & seq. *ex Conc. Lateran. sub*
ne 10. Ecclesiæ Parochiales in villis
ıratis non dantur nisi graduatis: Nul-
Regularis etiam à Papa dispensatus,
test beneficium seculare obtinere in
n gradus, sicut nec secularis Regulare.

Anno 1536. *ex Conc. Colon. part.* 1. *cap.* 35.

præstat paucos esse bonos, quàm multos inutiles Sacerdotes.

Anno 1560. *ex Constit. Caroli 9. in Comit. Aurelian. a.* 16. Parochorum sustentationi per vnionem beneficioru͂, decimarum distributionem, alijsue iuris remedijs prouidendum est.

Anno 1563. finitum est Concilium Tridentinum. *ex cuius sess.* 5. *cap.* 1. Episcopus Abbatum negligentiam supplet; constituendo Lectorem Sacræ Scripturæ in Monasterijs: *Ead. sess. cap.* 2. Episcopus corrigit malos prædicatores etiam priuilegiatos. *Sess.* 6. *cap.* 2. Curati dispensationem temporalem de non residendo obtinere possunt ex veris & rationabilibus causis coram ordinario legitimè probandis. *Sess.* 7. *cap.* 6. Quasdam vniones examinare & irritare potest Episcopus: *cap.* 8. Semel in anno visitat Ecclesias etiam exemptas, Curatas vel non Curatas nonobstantibus appellationibus priuilegijs & consuetudinibus quibuscumque, *vide sess.* 21. *cap.* 8. *&* *sess.* 24. *cap.* 9. *Sess.* 13. *cap.* 5. Episcopus Iudicat de subreptione gratiæ obtentæ. *Sess.* 14. *cap.* 6. Aliquos casus sibi reseruare potest. *Sess.* 21. *cap.* 3. Episcopus diuidit

tiam partem fructuum Ecclesiarum
thedralium & Collegiatarum in distri-
tiones quotidianas: *cap.* 4. nouas Pa-
chias erigit: *cap.* 5. beneficium vnum
ıratum alteri Curato vnire potest si ne-
ssitas Ecclesiæ id exigat: *cap.* 6. potest
iuare beneficijs turpiter & scandalose
uentes: *cap.* 7. Parochiales Ecclesiæ
ollapsæ reficiendæ sunt & instaurandæ
: fructibus & prouentibus quibuscum-
ıe ad easdem Ecclesias quomodocum-
ue pertinentibus; qui si non fuerint suf-
ciētes, omnes Patroni & alij qui fructus
liquos ex dictis Ecclesijs prouenientes
ercipiunt, aut in illorum defectum, Pa-
ochiani omnibus remedijs oportunis ad
redicta sunt cogendi, quacumque ap-
ellatione exemptione & contradictione
emota. *Sess.* 22. *in decret. de obser.* Epis-
copus abusus omnes circa missarum ce-
ebrationem exortos tollere debet, etiam
censuris adhibitis: *Ead. sess. cap.* 5. Dispen-
ationes quę gratiosè quacumque autho-
ritate conceduntur suum non sortiuntur
effectũ, nisi prius ab Ordinarijs summariè
& extraiudicialiter cognoscatur, expres-
sas preces subreptionis vel obreptionis
vicio non subiacere: *Cap.* 6. & *sess. vlt.*

cap. 4. Episcopus iusta de causa commutare potest vltimas fidelium voluntates in alia opera pia: *Ead. sess.* 22. *cap.* 8. Episcopus est executor piarum omnium dispositionum tam in vltima volũtate quam inter viuos in sua diœcesi, & visitare potest hospitalia, Collegia, Confraternitates omnes Laïcorum & pia omnia loca (non tamen ea quæ sub Regni immediata protectione sunt, sine eorum licentia.) *Ex sess.* 23. *cap.* 1. Præcepto diuino mandatum est omnibus quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique diuini prædicatione, Sacramentorum administratione ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere: *Eod. cap.* 1. Metropolitanus iudicat an iusta sit Episcoporum Suffraganeorum suorum absentia; Episcopus autem Rectores Parochiarum non residentes & contumaces priuare potest suis beneficijs: *Cap.* 9. Episcopus familiarem suum non subditum ordinare potest, si per triennium secum fuerit commoratus, dummodo beneficium statim ei cõferat: *Cap.* 18. Episcopus suo Seminario beneficia

cia quædam vnire potest. *Sess.* 24. *cap.*
. *de reform. matrim.* Rectores speciali ti-
ulo sunt patres populorum & cognatio-
em spiritualem contrahũt cum ijs quos
aptisant & cum eorum progenitoribus.
ad. sess. 24. *cap.* 6. Licet Episcopis in ir-
egularitatibus omnibus & suspẽsionibus
x delicto occulto prouenientibus dis-
ensare (excepta ea quæ ex homicidio
oluntario oritur, alijsque ad forum con-
entiosum deductis:) possunt etiam in
oro conscientiæ per se vel per specialem
Vicarium, absoluere à quibuscumque ca-
ibus occultis, etiam Apostolicæ sedi re-
eruatis: *Cap.* 8. publicam pænitentiam
n priuatam commutare possunt: *Cap.* 10.
vbi de visitatione aut morum correctio-
ne agitur, nulla exemptio inhibitio vel
appellatio ad sedem Apostolicam quo-
quomodo impedit aut suspendit: *Cap.* 18.
pro dignitate officij Pastorum pie statutũ
est, beneficia omnia Curata per Concur-
sum & publicum examen dari digniori-
bus & capacioribus, est enim ars artium
cura animarum & thesauri Sacerdotum
sunt lucra illarum *ex B. P. Damiani l.* 2.
epist. 2. *Eiusdem Concil. Trid. sess.* 25. *de
Regul. cap.* 10. Episcopi bis aut ter in anno

Confessarium extraordinarium offerunt Monialibus: *Cap.* 13. Episcopi Controuersias omnes de præcedentia tam inter sæculares quam regulares amota omni appellatione componunt. *Ead. sess.* 25. *de reform. cap.* 6. Episcopis vbique is honor tribuatur qui eorum dignitati par est, eisque in choro & capitulo, in processionibus & alijs actibus publicis sit prima sedes & locus quem ipsi elegerint & præcipua omnium rerum agendarum authoritas: *Cap.* 8. Episcopus hospitalium curà priuare potest hospitalitatem non exercentes: *Cap.* 9. Potest etiam priuare iure patronatus, eum qui illud contra iura transtulerit: *Cap.* 12. Quarta funeralium est soluenda Parochiæ nonobstantibus priuilegijs.

Post annum 1566. *ex Declarationibus Pij* 5. Parochi Canonici gaudent fructibus grossis Canonicatuum residentes in suis Parochijs.

Anno 1569. *ex Conc. Mediol.* 2. Sacerdoti seculari non licet in Ecclesijs Monialium celebrare, nisi de speciali licentia Episcoporum.

Anno 1579. *ex Conc. Mediol.* 5. Nulli seculari vel Regulari etiam exempto licet

n suis Ecclesijs vel alijs, pretextu cuiuscumque Priuilegij Apostolici Indulgentias publicare, nisi Episcopi accedat authoritas.

Eodem anno *ex Constit. Blesens. Henrici 3.* *a.* 11. duo beneficia Curata, ne quidē per dispensationem simul obtineri possunt: *a.* 12. prouisi in forma dignū, debent examinari à Diæcesano: *a.* 45. Nemo potest Episcopi Vicarius esse, vel Officialis, quin graduatus sit & Sacerdos: *a.* 52. ad Ecclesiarum reparationem cogēdi sunt Beneficiati & Parochiani. *a.* 53. Nulla fundatio acceptari potest ab ijs qui fabricarū curam habent, nisi de consilio Parochorum. *a.* 63. Rectores eorumque Vicarij possunt testamenta recipere, etiam si in ipsis detur aliquid ad opera pia, dum tamen nō in eorum vel parentum ipsorum vtilitatem.

Anno 1581. *ex Conc. Rotomag.* Nemini licet Monasteria, Paræcias, aut Oratoria erigere sine licentia Episcopi.

Anno 1582. *ex Conc. Mediol. 6. tit. de Parocho & Parochijs*, Fideles docētur Parochum Sacerdotem loco parentis habere vt eum diligant, colant & obseruent, hoc sibi proponentes illum pro sibi commissis

apud Deum internuncium ac deprecatorem esse, diuinæ legis interpretem, dispensatorem mysteriorum Dei, Christianę vitæ & morum disciplinæ magistrum, à quo omne petant piè recteq; agendi consilium, ac denique Ministrum omnium ferè quæ ad salutem eis sunt necessaria.

Eodem anno *ex Conc. Burdigal. cap.* 17. Si quis eorum qui dignitates obtinent, quibus nullum competit officium, sed extra ciuitatem Curam habent animarum, eidem incumbere velit, tunc pro tempore quo in Curata Ecclesia resederit ac ministrarit, distributionum fiat particeps ac si præsens diuinis interesset.

Anno 1583. *ex Conc. Turon.* ad solos Episcopos spectat Sacramentum Confirmationis, primam tõsuram ac omnes Ordines de Iure cõmuni conferre, Sanctum Chrisma conficere, de hæresi cognoscere seu hereticum iudicare, Episcopos, Abbates, Abbatissas, Ecclesias, altaria, Cœmeteria, Calices, patenas, & alia vasa, indumenta etiam & alia ornamenta altaris sacrificio destinata, consecrare & benedicere, pollutas Ecclesias, seu polluta Cœmeteria reconciliare, noua miracula probare, nouas paræcias & alias quas-

mque basilicas constituere, antiquas
ιidere, plures paræcias aut alias Eccle-
s seu beneficia plura vnire, vniones
n factas reuocare, hospitalia & Con-
iternitates erigere, Seminaria literarum
Scholarum Magistros instituere, dies
stos ordinare, & ieiunia indicere. Epis-
ppi possunt benedicere populo, cele-
rare & coram se celebrari facere etiam
locis exemptis.

Anno 1584. *ex Conc. Bituricensi*, Omnia
iblia sacra & quiuis alij libri de fide &
eligione vernacula lingua scripti ref-
uantur, nisi quos Ecclesiæ Catholicæ
Ordinarij authoritas probauerit. Vbi
umerosior est populus si suppetant re-
itus, Parochia in duas diuidi potest, non
amen in simplex beneficium conuerti.

Circa annum 1600. floruit Chopinus
uris vtriusque peritissimus, ex quo hæc
auca accipe. 1. Regia Edicta Parochis
ratificantur conductionis prærogatiua
acrarum Decumarum quas alicui locare
oluerint qui decumano iure prediti sunt
ntra fines paræciaci vici. *monast. lib.* 1. *tit.*
3. §. 24. 2. Parochiani sua impensa te-
nentur ædes construere quibus Parocho
frui liceat, commoda instructas suppel-

lectile, *ex multis Decretis quæ reffert idem Chopinus de sacra polit. l. 3. tit. 3. num. 15. vide Arresta Paponi lib. 1. tit. 1. & Chenut. tit. 1. cap. 14.* Et hoc quidem in subsidium Rectorum, præter honorem & reuerentiam quam eis debent Parochiani, ita vt contra ipsos agere non possint actionē furti aut alia famosa, sicut nec vassallus contra Dominum *ex Boërio decis. 72.*

Anno 1623. *Ex Constit. Gregorij 15.* Abbatissarum seu aliarum præpositarum electionibus potest Episcopus per se vel per alium interesse & præsidere, &c.

Anno 1624. *ex Conc. Burdigal. cap. 14. a. 2.* In signaturis beneficiorum hæc clausula, Committatur Ordinario, ad solos Primates, Archiepiscopos & Episcopos aut eorum Vicarios generales dirigitur. *Cap. 17. a. 1.* Regulares Curata beneficia habentes tenentur in eis residere: *Cap. 20. a. 3.* Funebres Orationes ne fiant sine Episcopi licentia. *Cap. 21. a. 2.* Archidiaconi non visitant Diæcesim nisi de consensu Episcopi.

Anno 1625. *Ex Congregatione generali Gallicorum Prælatorū Parisijs habita 1. Septembris 1625. cui subscripserunt plusquam quadraginta Pontifices cum triginta octo alijs in digni-*

e *Ecclesiastica constitutis, a.* 3. Non possunt
egulares admittere ad celebrandum in
is Ecclesijs Sacerdotes alterius Diæce-
s, nisi licentiam in scriptis habeant ab
Episcopo loci illius, aut ab eius Vicario
Generali. *Art.* 9. Non possunt Regula-
res Indulgentias publicare, confraterni-
tates aut Congregationes vllibi erigere,
reliquias nouas & imagines venerandas
proponere, vel noua miracula prædicare,
sine licentia scripta Diæcesani. *Art.* 14.
Priuilegiati non possunt conferre tonsu-
ram neque minores ordines, neque Epis-
copum extraneũ aduocare qui in eorum
Ecclesijs vel domibus conferat Ordines,
aut alio munere Episcopali fungatur, sine
licentia Episcopi loci illius. *Art.* 17.
Nulli Regulares promoueãtur ad Sacros
Ordines sub titulo paupertatis, nisi prius
Episcopo Ordinanti sufficienter cautum
& promissum fuerit à familia illa regulari,
hunc Ordinandum nunquam ab ipsa eij-
ciendum esse sine consensu Diæcesani,
vel alia via victui & vestitui eius qui eij-
ciendus erit eandem familiam esse proui-
suram, si ipse careat titulo patrimoniali.
Art. 19. Omnes Religiosi etiam Exempti
tenentur cũ honore & reuerentia Diæce-

ſanum Epiſcopum eos inuiſentem exci-
pere. *Art.* 23. Nulli poſſunt eſſe Parochi quin ab Epiſcopo prius examinati Collationem ab eodem accipiant, & eius authoritate in Parochijs inſtituantur, licet forte ab alijs ſint præſentati: Qui vero ſignaturam in forma dignũ obtinuerint in Curia Romana, prius tenentur Epiſcopis Diæceſanis ſe præſentare ab eis examinandi ad obtinẽdum ſuum Viſa vt vocant: *Art.* 26. Nouæ omnes Congregationes ſubiaceant Ordinariæ Epiſcopali Iuriſdictioni: *Art.* 29. Non poſſunt Regulares ornamenta Eccleſiæ imagines vel Corporalia benedicere, niſi in ſuis domibus & in earum vſum; Nec benedicunt Oratoria aut Cœmeteria, Nec Eccleſias reconciliant niſi de licentia Diæceſani: Abbates ſi ex priuilegio vtantur mytra & baculo, ijs vti non poſſunt niſi in ſuis Abbatijs. Nulli Abbates Commendatarij crucem pectoralem defferant neque mozzetam ſuper Rochetum, quæ ſignum eſt Iuriſdictionis Epiſcopalis. *Art.* 30. Nulli regulares dent literas teſtimoniales de vita & moribus, religione & natalibus, neque litteras commendatitias niſi ſolis religioſis ſui Ordinis; hoc
enim

enim ad ſolos Epiſcopos eorumue Vicarios aut ad parochos pertinet: *Art.* 39. Monialibus ſuperiorem aliquam eligentibus Epiſcopus debet electioni præſidere, ita tamen vt à Monaſterio nullæ ideo fiant expenſæ.

Pauca hæc è multis ſufficient ad probandum quæ ſit Paſtorum Eccleſiæ authoritas in rebus ſpiritualibus: Nam & in lege naturæ, primogeniti præcipuarum familiarum erant Sacerdotes, vt Sacra ommunia eſſent ijs qui eiuſdem eſſent familiæ. Certe ea fuit poteſtas pontificum in veteri teſtamento vt *Deut.* 17. ſcriptum ſit Qui ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, ex Decreto Iudicis moriatur. *Eccleſiaſtici* 10. in medio fratrum Rector illorũ in honore. & *cap.* 17. In vnamquamque gentem præpoſuit Rectorem : non demoreris in errore impiorum,ante mortem confitere:& *cap.*49. Rector fratrum ſtabilimentum populi. Cuilibet autẽ Paſtori dictum eſt *Mich.* 7. paſce populum tuum in virga tua. Si quis vero Eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus; Prælatis autẽ ſucceſſoribus Apoſtolorum dictum eſt *Math.* 18. Quæcumque alligaueritis

ſuper terram erunt ligata & in cælo, & quęcumque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cælo; vbi ſunt duo vel tres Congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum, inquit Dominus; Vnde merito dictum eſt *Luc.* 10. qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit; *Rom.* 13. qui reſiſtit poteſtati, Dei Ordinationi reſiſtit, Qui autem reſiſtunt ipſi ſibi damnationem acquirunt. Neceſſitatè ſubditi eſtote non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Poteſtates ſuperiores gladium portant & virgam contra Contumaces, 1. *Cor.* 4. Quid vultis, inquit Apoſtolus, in virga veniam ad vos, an in Charitate & ſpiritu manſuetudinis. Si quis non obedit verbo noſtro, per Epiſtolam hunc notate, & ne commiſceamini cum illo. 2. *Theſſalon.* 3. Itaque doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci, obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete eis *Hebr.* 13. Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri; *Et* 2. *Petri* 2. qui dominationem contemnunt reprobantur.

Obijciunt Primo noui quidam Catholici, & tuentur cum Caluino *lib.4.inſt.cap.* 10. §. 5. leges humanas etiam iuſtas & in


re graui non posse obligare conscientiam ad peccatum mortale nisi adsit scandalũ vel contemptus. Respondeo 1. propositionem illam iniuriosam esse Regiæ & Magistratuũ eius authoritati. Respondeo 2. contrariam esse D. Paulo. *Rom.* 13. vbi potestatibus superioribus subdimur non solum propter iram seu timorem pænæ, sed etiam propter conscientiam, & qui potestati resistunt, ipsi sibi dammnationem acquirunt. Respondeo 3. quod si propositio illa admittitur, statim euertuntur omnes Ecclesiasticæ leges Confessionis, Communionis, Festorum, Ieiuniorum, Decimarum, Officij Ecclesiastici & similes: facile enim cessabit scandalum si doceantur omnes, neminem ad illa teneri in conscientia: cessabit etiam contemptus si nolens ea obseruare, dicat se multum laudare eos qui confitentur, Communicant, ieiunant, &c. se tamen determinationes illas Ecclesiasticas nolle sequi quia non tenetur, sibique sufficere si aliquoties in vita exerceat eadem opera ad satisfaciendum iuri diuino: Quæ omnia essent absurdissima. Respondeo 4. ex sententia Aduersariorum sequi, Leges Ecclesiasticas nihil esse nisi cõsilia, Nam

etiam ommiſſio cōſiliorum eſt grauè peccatum ſi adſit ſcādalum vel contemptus: vnde dicendum eſt quod leges obligant, etiam extra caſum contemptus aut ſcandali. Reſpondeo 5. Non bene explicari à iunioribus iſtis, mentem Doctorum antiquorum quos pro ſua ſententia citare ſolent, licet enim (vt antiqui verè docent) poteſtas humana, quatenus humana tantum & reduplicatiuè accepta, facta per mentem omni præciſione à lege diuina, non poſſit mortem æternam inferre; tamē ſpecificatiue & à parte rei cōſiderata, ad eandem pænam obligare poteſt, quatenus in ſe legem diuinam incluſam habet quoties ipſa lex humana iuſta eſt, ſi aliunde conſtet Legiſlatoris eam eſſe intentionem vt ſic obliget; Quod vel maximè dignoſcitur quando aliquid præcipitur ſub pæna excommunicationis, quia hæc pæna, ſaltem mortale peccatum neceſſario prærequirit, vt peccator prius à diuinæ gratiæ cōſortio quàm ab externa Eccleſiæ Communione ſit ſeparatus.

Obijciunt ſecundo, Epiſcoporum nullam eſſe poteſtatem Cenſuris vtendi in materijs de quibus hic diſputamus, quia non poſſunt vniuerſalem conſuetudinem


uertere, nec præcepta generalia Eccle-
e restringere, vt verbi gratia in hoc
mplo potius quàm in alio audiatur sa-
um vel diuinum verbum, &c. Res-
ondeo 1. semper quidem, maximè vero
oc deprauato sæculo, inter hæreticos
stinendum fuisse ab huiusmodi propo-
ionibus quæ Prælatorum authoritatem
eprimunt. Respondeo 2. quod senten-
a Pastorum timenda est siue iusta siue
iusta sit, *ex Epist. decretal. Vrbani* 1. nec nisi
npudenter dici potest, intollerabilem
rrorem contineri in ijs quæ toties à sum-
iis Pontificibus & Concilijs Generali-
us, Prouincialibus ac Diæcesanis (quo-
um seriem hic refferimus) sunt consti-
ıta. Respondeo 3. falsum esse primum
ındamentũ Aduersariorum: quia quod
mnibus sæculis & per totam Christiani-
ıtem condemnatum est, non iusta con-
uetudo sed impia corruptela tamquam
niuersalis Ecclesiæ Decretis & ipsi iuri
iuino contraria, dici debet. Respon-
eo 4. falsum esse secundum illorum fun-
amẽtum; Nam sicut lex diuina de oran-
o, ieiunando, Confitendo, Communi-
ando, &c. limitatur per Legem Eccle-
iasticam Diuina lege multo inferiorem,

ad hic & nunc & hoc modo cõmunicandum, Confitendum, Ieiunãdum & Orandum; Quid mirum si Lex Generalis Ecclesiastica, v. g. de audiendo sacro diebus festis absque loci determinatione, potuit & à summis Pontificibus & à Concilijs & ab Episcopis coarctari in quibusdam ad illud audiendum in Parochia ob rationes infra dicendas *cap.* 5. non tantum iustas, sed etiam (suppositis ijs quæ in sola Missa Parochiali denunciantur) iure diuino necessarias. Respondeo 5. varia esse præcepta, ea quæ fiunt ab vniuersali Ecclesia, & ea quæ statuuntur in quibusdam Diæcesibus vel Prouincijs, non quidem contraria inter se, sed disparata; ac proinde fieri posse vt quis satisfaciat generali præcepto, qui tamen non ideo Locali præcepto censebitur satisfecisse: sicut neque sũmus Pontifex per sua Rescripta generalia, statutis Localibus & Prouincialibus intendit vnquam derogare *cap.* 1. *de Constit. in* 6.



CAPVT SECVNDVM.

De authoritate Conciliorum Generalium, Nationaliũ, Prouincialium & Diacezanorum.



NNO 34. à Christi natiuitate, primum Cõcilium Apostolorû pro eligendo Mathia ad Apostolatum *act.* 1. celebratũ est Hierosolimis quæ erat vrbs regia & Sacerdotalis.

Eod. anno 34. Secundum Apostolorum Concilium etiam hierosolymis congregatum est *act.* 6. vt septem Diaconi communibus & Sacris mensis præficerentur, ne alijs quibusuis indifferenter licita esset quorundam Sacramentorum dispensatio, Euãgelij prædicatio & quotidianum vtriusque mensæ ministerium.

Anno 51. tertio Concilio Apostolico etiam Hierosolymis habito, terminatur celebris illa Controuersia, an necessario seruanda esset tota Lex Mosayca à Gentilibus ad fidem conuersis *act.* 15. neque ad sciendam diuini verbi explicationem adeuntur alij quam proprij Sacerdotes.

Anno 58. quarto Concilio Apostolorum etiam Hierosolymis celebrato *act.* 21.non ex mente Doctorum in lege Mosaïca aut aliorum qui zelum legis habebant, sed authoritate propriorum Pastorum edocti sunt Iudæi ad Christianitatē conuersi, licitum ipsis esse cum fide & Sacramentis noui testamenti, etiam Circoncisione vti,alijsque Ceremonijs & Sacrificijs antiquæ legis, quandiu templum & Sacrificia vetera starēt in Hierusalem: non quasi lex Euangelica non sufficeret, sed vt matrix illa prior Ecclesia seu mater synagoga, paulatim cum honore sepeliretur *ex Beda Dionysio Carthus. & alijs.*

Post annum 104. *ex Epist.* 2. *Anacleti Papæ*, maiores & minores causæ Ecclesiasticæ, à Concilio Episcoporum præsente Archiepiscopo vel Primate terminantur:

Post annum 314. *ex Conc. Laodic. can.* 4. Non oportet Episcopos ad Synodum vocatos omnino contemnere, sed protinus ire & docere vel discere ea quæ ad correctionem Ecclesiæ vel reliquarum pertinent rerum.

Anno 325. *can.* 7. *Arabico Conc. Nicæn. ex Pisan.lib.*3.Omnes Episcopi Prouinciæ bis

bis singulis annis Concilium habeant, Archiepiscopo aut Patriarcha præsente, *& Can.* 40. Quicumque contradixerit, Synodus eum excommunicat.

Anno 349. *ex can* 14. *Conc. Carthag.* 1. Laïci contemptores Canonum excommunicari debent, Clerici autem honore priuari.

Anno 381. *ex can.* 3. *Conc. Constantinopol. OEcumen.* 2. per singulas quasque prouincias Prouincialis Synodus administrare & gubernare omnia debet secundum ea quæ sunt in Nicæna definita.

Anno 385. celebratum est Concilium Burdegalense aduersus Priscillianum hæreticum.

Circa hæc tempora floruit D. Hieronymus, qui *epist.* 28. vult vt quælibet prouincia in suo sensu abundet & prædecessorum suorum Decreta teneat quasi leges Apostolicas.

Anno 416. authoritatem Conciliorum prouincialium tuetur Concilium Mileuitanum secundum *cap.* 10. 11. 12.

Post annum 417. *ex Decret. Zozimi Papæ*, contra statuta Patrum condere aliquid vel mutare, nec huius quidem Sedis potest authoritas: apud nos enim inconuul-

ſis radicibus viuit antiquitas, cui decreta patrum ſanxere reuerentiam. *Vide Gratian.* 25. q. 1.

Poſt annum 423. *ex Decr. Celeſt.* 1. nulli Sacerdotũ ſuos licet Canones ignorare; nec quidquam facere quod Patrum poſſit regulis obuiare *Can. nulli, diſtin.* 18.

Poſt annum 440. *Ex epiſt.* 84. *cap.* 7. Leo Papa primus vult bis in anno celebrari prouincialia Concilia: quia nimirum tunc plurima ſeſe offerebant expedienda negotia.

Anno 517. *Ex can.* 6. *Conc. Tharaconens.* Epiſcopus à Metropolitano commonitus ad Synodum venire cõtemnens, Charitatis communione priuetur.

Anno 540. *Ex cap.* 1. *Conc. Aurelian.* Metropolitanus ſi ſaltem intra biennium non indixerit Synodum, anno integro Miſſas facere non preſumat.

Anno 560. *Ex Conc. Turon.* Epiſcopus ad Synodum venire contemnens excommunicatur.

Anno 588. Canon vigeſimus Conc. Matiſconenſis eſt de Cõcilio, tertio quoque anno celebrando.

Poſt annum 590. D. Gregorius *lib.* 2. *epiſt.* 37. ait ſe ſibi facturum iniuriam ſi

prædecesſorũ suorum statuta violauerit: *lib.* 4. *epist.* 33. Nos veneramur sanctas quatuor Synodos, Nicænã in qua Arrius, Constantinopolitanam in qua Macedonius, Ephesinam primam in qua Nestorius, & Calcedonensem in qua Eutyches atque Dioscorus damnatus est.

Eodem anno 590. *ex Conc. Diæces. Antisiodor. can.* 7. Medio Mayo omnes Presbyteri ad Synodum in Ciuitatem veniant & Kalendis Nouembris omnes Abbates ad Concilium conueniant.

Anno 773. *Ex epit. canon. quos Adrianus Papa Romæ obtulit Carolo Magno*, bis in anno Episcoporum Concilia celebrentur: dies Paschæ & Concilij omnibus denuncietur: illæ tantum preces ab omnibus celebrentur, quas Concilium probauerit.

Anno 787. *Ex* 7. *Conc OEcumen. Nicæn.* 2. *act.* 7. Qui hæreticorum more leges Ecclesiasticas contemnunt, si Episcopi aut Clerici sunt, deponantur; si autem Monachi sunt aut Laïci excommunicentur: hic aduerte quod Monachi nondum erãt de Clero.

Anno 829. *Ex Conc. Parisiensi lib.* 1. *cap.* 26. bis in anno celebranda sunt Concilia, Diæcesana scilicet.

Anno 870. *Ex can.* 1. 8ⁱ. *Conc. generalis*, ſeruandæ ſunt regulæ tam ab Apoſtolis, quàm à Concilijs generalibus vel localibus aut à quocumque ex Patribus vel Magiſtris afflatis à Deo traditæ.

Anno 1034. Celebratur Concilium Lemouicenſe ob cauſam pacis & Apoſtolatus ſancti Martialis.

Anno 1145. Celebratum eſt Conciliũ Gallicanum contra Abailardum hæreticum, qui conuictus pænituit & monaſticam vitam ſanctiſſime duxit.

Circa annum 1150. floruit Gratianus ex cuius volumine hæc pauca habe, 16. *q.* 1. *can.* 7. Eccleſia habet ſenatum cætum Presbyterorum, ſine quorum conſilio nihil Monachis agere licet.

Anno 1215. *Ex Conc. OEcumen. Lateran.* 4. *cap.* 6. Concilia Prouincialia ſingulis annis celebrentur: & ad hoc Metropolitani conſtituant per ſingulas Diæceſes perſonas prouidas, quæ de plano & abſq; iuriſdictione inueſtigent quænam erunt reformanda.

Anno 1311. *Ex Conc. OEcumen. Viennenſi tit. de Priuil. in Clement.* Religioſi qui à ſententijs per ſtatuta prouincialia aut Synodalia promulgatis, quemquam abſoluere

præsumpserint excommunicationis sententiā apostolicæ sedi reseruatam incurrunt ipso facto, & possunt ab Ordinarijs publicè denunciari excommunicati.

Anno 1314. *Ex Conc. Rauen. rubr.* 16. tribus diebus ante Concilium prouinciale ieiunatur.

Anno 1433. *Ex sess.* 15. *Conc. Basileens.* Concilia Synodalia quolibet anno, Prouincialia saltem quolibet triennio Celebrentur.

Anno 1473. *Ex Conc. Toletano* frequentius celebrantur illis in partibus Concilia prouincialia scilicet quolibet biennio.

Anno 1528. *ex Conc. Senon. Decreto* 3. probatur & Confirmatur Sacrorum Conciliorum authoritas: *decr.* 6. leges Ecclesiasticæ vim habent obligandi: vnde *decreto* 7. Ieiunia Ecclesiastica sub anathematis pæna indicuntur à Concilio.

Anno 1560. *Ex Constit. Aurelian. Caroli* 9. *art.* 22. Nemo gaudere potest vllis dispensationibus contra Decreta & Concilia obtentis, nisi de consensu Regis Christianissimi.

Anno 1563. finitum est Concilium Tridentinum *ex cuius sess.* 23. *cap.* 18. Concilium Prouinciale iudicat quænam di-

uersarum Diæcesum Seminaria sint in vnum erigenda. *Sess.* 24.*cap.* 2. Prouincialia Concilia pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, cōtrouersijs componendis, alijsque ex sacris canonibus permissis, sunt celebranda; Episcopi qui nulli Archiepiscopo subijciuntur, aliquē vicinum Metropolitanum semel eligant, in cuius Synodo prouinciali cum alijs interesse debeant & quæ ibi ordinata fuerint obseruent ac obseruari faciant; in reliquis omnibus eorum exemptio, priuilegia salua & integra maneant: *cap.* 3. Concilium prouinciale iudicat quænam Diæceses erunt à Metropolitano visitandæ: *cap.* 5. Causæ criminales contra Episcopos si depositione aut priuatione digni sunt, à solo Papa terminantur; aliæ vero quæcumque à Concilio prouinciali iudicari possunt & terminari: *cap.* 12. Concilium prouinciale iudicat de congrua canendi in choro ratione, de lege conueniendi & permanendi in eo, omnibusque Ecclesiæ ministris, quæ necessaria fuerint præscribere potest: *cap.* 18. iudicat etiam quomodo per Edictum publicum vocandi erunt qui ad vacantem Parochiam obtinendam volent examinari: potest

etiam grauiter punire eos qui occasione huius examinis Simoniace aliquid dederint vel acceperint. *Sess.* 25. *in decret. de inuoc.* Conciliũ prouinciale potest (etiam inconsulto Papa) extirpare omnes abusus circa inuocationem, venerationem & reliquias aut Sacras imagines sanctorum exortos; non tamen aliquid nouum & in Ecclesia hactenus inusitatum circa hæc decernere vel introducere, nisi consulto summo Pontifice: insolitas tamen imagines recipere, nouas reliquias recognoscere, & noua miracula comprobare potest Episcopus, etiam si sit solus: ac proinde multo magis eadẽ & alia omnia singulis Episcopis permissa, possunt & ipsi coniunctim in Concilio prouinciali, de quibus vide quæ supra *cap.* 1. *ad ann.* 1563. *Eadem sess.* 25. *de Regul. cap.* 22. Concilium prouinciale supplet & coërcet negligentiam Episcoporum in ijs quæ ad correctionem, visitationem & reformationem Regularium pertinẽt; non obstãtibus quibuscumque priuilegijs quibus amplissime quoad hæc derogatur à Concilio, velit nolit aduersarius noster Desfontaine. *Ead. sess.* 25. *de reform. cap.* 10. Concilium Prouinciale eligit iudices delegatos qui-

bus à summo Pontifice, causæ in partibus committi possint & delegari: *cap.* 11. Locationes rerum Ecclesiasticarum ad 29. annos vel vltra factas, etiam authoritate apostolica cõfirmatas, Synodus prouincialis in damnum Ecclesiæ factas irritare potest.

Eodem anno 1563. *Ex bulla Pij 4. Confirmantis Concilium Tridentinum*, sub excommunicatione prohibentur interpretationes & commentaria super Concilij Decretis; quia nimirum facilè est subtilioribus ingenijs textum Decretorum in alienos sensus detorquere.

Anno 1580. *Constitutione Regia Henrici* 3. firmatur lex illa de celebrandis Concilijs prouincialibus quolibet 3. anno.

Anno 1582. *Ex Conc. Burdegal. cap.* 33. Omnes etiam Exempti habentes Curam animarum tenentur interesse Synodo Diæcesanæ.

Anno 1584. *Ex Conc. Bituricensi* Statuta prouincialia sub pæna excommunicationis sunt obseruanda.

Anno 1585. *Ex Synodo Aquensi*, Synodo intersint qui curam habent animarum etiam Exempti.

Anno 1624. *Ex Conc. Burdegal. cap.* 22. *art.* 5.

art. 5. explicatio dubiorum circa obseruationem Concilij, reseruatur Metropolitano.

Anno 1625. *ex Congregationis gallicanæ declarationibus, art.* 12. Qui etiam exempti, populo prędicauerint aliquid cōtra Concilia Prouincialia, aut contra Diæcesanorum statuta vel alia quæ populo scandalum attulerint, possunt ab ipsis Episcopis castigari.

Pauca hæc è multis sufficient ad probandum quanta sit Conciliorum authoritas in condendis legibus & Statutis: illorū enim cōgregationibus præest Spiritus sāctus, & Pastores Ecclesiæ in Christi nomine congregatos docet omnem veritatem, *Math.* 18. *Ioan.* 16. Et certè impudentissimum est Concilijs prouincialibus potestatem hanc denegare, cum & ipsi hæretici sua Consistoria, sua Colloquia, suas Synodos prouinciales & Nationales ita religiosè venerentur, vt Excommunicatione feriantur qui eis non acquieuerint, *in sua discipl. Ecclesiast. cap.* 5. *a.* 31. Verba sapientum sicut stimuli & quasi claui in altum defixi, quæ per Magistrorum consilium data sunt à Pastore vno. *Ecclesiastis* 12.

Obijciunt Primo quidam Regulares, ſe multas habere bullas à ſummo Pontifice, quibus per clauſulas generales derogatur Statutis omnibus Diæceſanis & Prouincialibus quæ ſuis priuilegijs videntur eſſe contraria. Reſpondeo *ex cap. 1. de Conſtit. in 6.* Quod per clauſulas generales derogatorias, Papa numquam intendit tollere vel immutare conſuetudines & Statuta localia, niſi de ipſis fiat expreſſa mentio. Aduertant Regulares, quod in ſuis illis bullis ſecretis & numquam debite publicatis, nulla ſunt eis conceſſa priuilegia cum derogatione Decretorum Eccleſiæ Gallicanæ, & Conciliorum prouincialium, quantum ad quæſtiones de quibus hic diſputamus; & ſi forte talia aliqua Reſcripta derogatoria proponerentur, nullam vim haberent donec à Prelatis Gallicis reciperentur, Lex enim vt obliget, promulgata debet eſſe & recepta ab ijs qui ius habent recipiendi.

Obijciunt ſecundo. Concilium vltimum Prouinciale Burdegalenſe nondum eſſe ab Apoſtolica ſede Confirmatum. Reſpondeo 1. Quæſtiones ferè omnes in eo diſputatas, fuiſſe etiam à priori Burdegalenſi determinatas; illud autem à

Gregorio 13. fuisse confirmatum, Nam *die 3. Decembris anno* 1583. Decreta prædicti Concilij à summo Pontifice Cardinalibus dubiorum sacri Concilij Tridentini interpretibus consideranda sunt tradita: Qui 19. *eiusd. mensis & anni*, lectione ipsorum mirifice se delectatos esse profitentur, & de tam pij laboris & tam præclari operis laude nihil delibari posse existimarunt: Quæ vero mutanda erant, mutata fuere & typis mandata Burdigalæ *an.* 1584. vna cum Rescriptis prædicti summi Pontificis & Cardinalium: licet in quibusdam Codicibus fraudulenter omissum sit, quod hac de re rescripserant Illustrissimi Cardinales. Respondeo 2. Non esse necesse vt leges Synodales aut Prouinciales à Papa confirmentur, ad effectum obligandi, ijs tantum in locis in quibus latæ fuerint: & *ex tomis Conciliorum* patet, rarissime eiusmodi Confirmationem esse petitam, quia nimirum Legislatores sibi liberum esse voluerũt, suas ipsas leges pro loco & tempore, vel reuocare, vel restringere, vel ampliare prout ratio vel circunstantiæ loci & temporis id suaderent; quod omnino eis esset interdictũ si eædem leges essent à superiori Confir-

matæ. Similiter in temporalibus & secularibus multa iubentur à Magiſtratibus quæ neceſſario ſeruari debent, etiam ſi nulla Regis Confirmatione fulciantur, quam in multis neque petunt, neque peti expedit, vt liberum eis ſit mutatis circumſtātijs, ſua etiam immutare præcepta. Inſtabis; Concilia generalia egent confirmari à Papa, ergo multo magis Prouincialia & Synodalia. Reſpondeo quidquid ſit de antecedente, negandam eſſe Conſequentiam ob diſparitatem rationis: quia cum ſolius Papæ ſit conuocare generalia Concilia, poteſt etiam ſi voluerit eorumdem Confirmationem ſibi reſeruare: at vero impoſſibile eſſet Papam cum cognitione cauſæ ſingula quæque Decreta Diæceſana totius Chriſtianitatis bis in quolibet anno renouanda vel ampliãda vel reſtringenda, diſcutere & aprobare: pręterquam quod incommoda eſſet eiuſmodi confirmatio; ex vi cuius ſemper ad Papam recurrendum eſſet pro diſpenſatione circa leges locales. Vnde multo melius eſt argumentum ſic inuertere, Ex vi Conciliorum generalium quæ ſupra citauimus, ſoli Metropolitani ius ordinarium habent conuocandi Sy-

nodos prouinciales, ergo ad eos solos pertinet ius ordinarium easdem confirmandi & explicandi; Confirmandi inquam, si ipsi non nisi per deputatos eisdem interfuerint, sicut Papa per legatos interesse solet Generalibus. Certum quidem est subalternorum iudicum reuocari & infringi posse Decreta à Superiore, si ad ipsum per appellationem sit prouocatum & ita suadeat iustitia: Nemine vero reclamante, vel tempore appellationis elapso, vel donec à suprema potestate abrogata sint & annullata inferiorum instituta; ipsorum firma & constans est authoritas: maximè cum non aliquid nouum vel minus æquum statutum fuerit, sed idipsum quod non à quadraginta annis tantum (quod ad præscriptionem sufficeret) sed à plusquã mille quingentis annis, decretum est & obseruatum ab vniuersali Ecclesia, nec iure humano tãtum sed etiam diuino in Ecclesiam est introductum, quale est totum id de quo hoc in libro differitur.

Obijciunt 3. Doctores aliquos & Canones *ex distinct.* 17. quibus probari videtur, Concilia prouincialia nullius esse ponderis donec à Papa sint Confirmata

Respondeo ea omnia explicari *dist.* 18. *can.* 4. *& sequentibus*, ita vt prouincialia Cõcilia sine summi Pontificis authoritate non possint nouum articulum fidei condere, nec ita legem vllam nouam statuere quin à Superiori cassari possit si ratio id suadeat; nec possunt suis statutis alienas prouincias obligare, nec generale Concilium indicere dissoluere vel reprobare; & similia quæ sibi specialiter reseruauit suprema sedes; sicut in Conc. Trid. reseruata est Papæ confirmatio eorum quæ Cõcilia prouincialia statuerint tum circa formam examinis promouendorũ ad Episcopatum *sess.* 24. *cap.* 1. tum circa confectionem instrumentorum quæ necessaria fuerint ad vniendas duas Cathedrales Ecclesias, *ead. sess.* 24. *cap.* 12. tum circa nouum aliquem & inusitatum cultum Sanctorum, imaginum & reliquiarum *sess.* 25. *in decr. de inuoc.* In cæteris autem non reseruatis, prouincialia Concilia plenam & omnimodam habent potestatem vt constat ex decretis summorum Pontificum & Conc. generalium supra citatis, *maximè ad annos* 104. 381. 870. 1311. *&* 1563. Instant sophistæ hoc modo: Vel credendum est ex fide Ca-

tholica, seruanda esse hæc Decreta prouincialia per totam prouinciam donec reuocata aut infirmata fuerint; vel non est credendum ex fide catholica: Si id non est credendum; ergo licet vnicuique opinari quod voluerit, ac proinde licebit illi operari vel non operari secundum suam sententiam: si vero credendum est ex fide Catholica seruandum esse hoc decretum prouinciale; ergo Concilium prouinciale fecerit hunc nouũ articulũ fidei; quod tamen non potest. Respondeo credendum esse quod iusta Decreta prouincialia ligant & obligant in prouincia, donec per idem aut simile Cõcilium vel per superiorem aliquam potestatem vel per contrariam consuetudinem legitimè & bona fide præscriptam, reuocata sint aut abrogata; eamque firmitatem habẽt vt ijs nunquam summus Pontifex censeatur derogare per clausulas vllas quantumuis generales, *ex cap.* 1. *de Const. in* 6. Ad obiectionẽ autẽ dico, quòd quamuis Decretũ aliquod prouinciale sit nouum quoad materiam vel quoad personas aut circumstantias; tamẽ non ideo est nouus articulus fidei, quia (vt ex supra citatis patet) iam olim sæpe à Papa & Concilijs


generalibus determinatum est in genere, seruanda esse Decreta prouincialia.

Obijciunt 4. leges circa Confessionem Parocho faciendam, & circa missam Parochialem audiendam, aliaque similia decreta Cōciliorum prouincialium, non esse recepta à maiori parte populi ac proinde non obligare. Respondeo, non esse necesse vt singuli de populo consentiant ad dandum robur legi; sequeretur enim regimen Ecclesiæ non esse Monarchicū nec Aristocraticum sed populare; sequeretur etiam nullam ferè legem Ecclesiasticā obligare, maior enim pars populorū nec ieiunat toto tempore quadragesimæ nec integrè decimas soluit, &c. & pauci essent qui Tributa soluerent Regi, si lex soluendi hæc vel illa Tributa penderet à maiori parte populi. Vnde dicendum est sufficere vt lex sit recepta ab ijs qui ius habent recipiendi; atque ita Edictis regijs non obligatur populus donec ipsa à supremis Curijs sint recepta & publicata; habent enim tale ius Parlamenta Galliæ vt vel Edicta recipiāt purè & simpliciter, vel ea modificent, vel supliciter Regem exorent vt ab Edicto tali abstineat. Similiter Rescripta summi Pontificis

Pōtificis, ab Archiepiscopis & Episcopis recipiuntur antequam obligent singulos de Clero: Decreta vero Archipiscoporum in Concilijs Prouincialibus nullam vim habent obligandi nisi à maiori parte Episcoporum suffraganeorū recipiantur: sicut & Episcopalia Decreta in grauioribus causis egēt Capituli cathedralis consensu *toto tit. de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli.* Certè miserrima esset Pastorum & totius Ecclesiæ conditio, si ad aliquid statuendum requireretur consensus maioris partis populi, stultorum enim infinitus est numerus; nec vnquam indicenda esset reformatio, quia deformati nunquam vellent recipere legem reformantem. Aduertant interim aduersarij eorum argumentum sic retorqueri contra ipsos, vt leges de seruandis eorum priuilegijs in preiudiciū Conciliorum, Episcoporum, & Parochorum (si quæ sint) non habeant vim obligādi, quia non sunt receptæ ab Ecclesia Gallicana.

CAPVT TERTIVM.

De Confeßione & Cõmunione facienda in propria Parochia ſemel in anno, aut alibi de licentia Parochi, ab ipſo Pænitente petita.



IRCA annum 33. ex conſt. Domini Ieſu *Ioan.* 10. Paſtoris munus eſt proprias oues agnoſcere, nõ dimittere ipſas, lupos à grege propellere, & pro ipſo vitam ſeu animam profundere: ſicut & ouium munus eſt Paſtorem ſuum agnoſcere, vocem eius libenter audire, ei obedire & alienum fugere. Chriſti autem temporibus vnica erat Parochialis Eccleſia hieroſolymis, in quam ex omni Iudæa ter ſaltem in anno conueniendum erat non vacuis manibus *deuteron.* 16. Illic leproſi mundati (ne Parochia ſuis iuribus à Chriſto fraudata eſſe videretur) oſtendunt ſe Sacerdotibus *Luc.* 17. Illuc multi de longè veniebãt adorare *Ioan.* 12. quia licet multæ eſſent Synagogæ, in quibus populus orare & doceri poterat; vnicus tamen Parochialis ille locus erat

in quo licita eſſet adoratio præcipua per ſacrificium. *Ioan.* 4.

Anno 34. Apoſtolis tanquam Paſtoribus datur poteſtas remittendi peccata vel retinendi *Ioan.* 20. quibus ideo confitebantur primi Chriſtiani. *act.* 19.

Poſt annum 93. *ex epiſt.* 1. *Clement.* qui animæ ſuæ curam habet non erubeſcat Prælato ſuo Confiteri.

Anno 197 floruit Tertulianus qui *lib. de pænit. cap.* 9. 10. Oportet, inquit, Presbyteris aduolui, & Charis Dei adgeniculari : tunc Chriſtum contrectas, Chriſtum exoras.

Poſt annum 221. *ex epiſt. Calixti ad omnes Galliarum Epiſcopos*, Nemo alterius Parochianum iudicare aut excommunicare præſumat, quoniã nullus alterius iudicis, niſi ſui, ſententià tenebitur aut damnabitur. Vnde & Dominus loquitur dicẽs, Ne trãſgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt Patres tui.

Circa annum 259. *ex D. Cypriano epiſt.* 10. *ad Clerum*, Accedentes ad Confeſſionem ius accipiunt Communicandi per impoſitionẽ manuum Epiſcopi & Cleri.

Poſt annum 260. *ex epiſt.* 2. *Dionyſij*, ſingulæ Parochiæ ſingulis dari debent

Sacerdotibus, ita vt nullus alterius Parochiæ terras, terminos, aut ius inuadat.

Post annum 314. *ex Conc. Laodiceno can.* 13. non permittitur turbis eligere promouendos ad Sacerdotium, ergo nec ad Confessiones.

Anno 325. *ex* 20 *Canonib. Nicæni Conc. per Gentian. heruetem can.* 12. Qui post pænitentiam redeunt iterum ad militiam prohibitam, pæniteant 13. annis: *Can.* 13. sacrum Viaticum non denegetur eis qui fuerint in extremo vitæ periculo, quamuis nondum tempus suæ pænitentiæ absoluerint, consulto tamen prius Episcopo: *& Can.* 73. *arabico ex Pisano lib.* 3. non audeant Laïci eligere sibi Sacerdotem neque Monachi superiorem sine authoritate Chorepiscopi: deniq; *ex ead. Synod.* Monachi non iniungunt pænitentiam, nisi sibi inuicem, neque vllum sepeliunt nisi Monachum. 16. *q.* 1. *can. Placuit* 1.

Circa annum 383. *ex D. Basilio in breuior. Regulis*, necessario sunt confitenda peccata eis quibus commissa est Sacramentorum Dei administratio.

Circa annum 390 floruit D. Hieronymus qui *in cap.* 10. *Ecclesiast.* ait, confitenda esse peccata, quia Medicus non sa-

ſanat quæ non nouit: & *ex epiſt.* 1. *ad Heliodorum cap.* 7. Qui ſuccedunt gradui Apoſtolico, habent Claues regni cæleſtis, & quodammodo iudicant ante diem iudicij.

Circa annum 420 floruit D. Auguſtinus, qui *libro quinquaginta homiliarũ hom.* 50. ait, confitenda eſſe peccata prælatis, qui pænitentiam iniungant pro ſatisfactione.

Circa annum 540. *ex cap.* 7. *Regul. ſancti Benedicti*, Monachi confiteantur Abbati.

Poſt annum 590. *ex D. Gregor. lib.* 1. *epiſt.* 24. pænitentes recurrunt ad cor Paſtoris, ſicut ad ſinum Matris.

Circa annum 664. *ex B. Eligio hom.* 11. *ad popul. & ad pænit.* Qui peccata confitetur venit foras quaſi Lazarus, & tunc Paſtores ſoluunt eum à pæna quam meruerat.

Circa annum 760. *ex Beda in cap.* 5. *Iacobi*, licet peccata venialia poſſint oratione quotidiana deleri, grauiora tamen Sacerdoti ſunt detegenda, & ſecũdum eius præſcriptum purganda.

Anno 813. *ex Conc. Turon.* 3. Curent prudenter Epiſcopi & ſacerdotes, vt Pænitentibus pro menſura delicti abſtinentiam iniungant.

Anno 816. *ex cap.* 36. *Conc. Aquiſgranen-*

ſis, Sacerdotes pro populorum iniquitate damnantur, ſi eos, aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant.

Circa annum 895. *ex cap.* 5. *Conc. Nannetenſis*, qui in infirmitate reconciliatur à Sacerdote, debet poſtea pænitere ſi conualuerit.

Circa hæc tempora floruit Notgerus, qui *in vita ſancti Remacli* ait peccata confitenda eſſe Deo & prælatis.

Anno 1022. *ex cap.* 19. *Conc. Salegunſtadienſis*, Pænitentia à proprio Sacerdote limitatur.

Circa annum 1084. D. Anſelmus *in cap.* 17. *Luc.* Confeſſioni Sacramentali applicat illud Chriſti, Ite oſtendite vos Sacerdotibus.

Anno 1095. *In Conc. Placentino* Statuitur, vt Nullus Presbyter aliquos ad pænitentiam recipiat niſi cui proprius Epiſcopus hanc curam commiſerit.

Anno 1125. *ex Cõnc. Lundonienſi*, Nullus Epiſcopus alterius præſumat Parochianum iudicare, vnuſquiſque enim ſuo Domino ſtat aut cadit.

Circa annum 1135. Hugo à ſancto Victore *lib.* 2. *de Sacram. fid.* locum hunc D. Iacobi explicans, Cõfitemini alterutrum

peccata veſtra, non Deo tantũ inquit, ſed oues Paſtoribus, ſubditi Prælatis, peccatores ijs qui poteſtatem habent remittendi peccata.

Circa annum 1150. floruit Gratianus, qui 9. *q.* 2. *can.* 2. ait, Nulli Sacerdotum licere quemlibet commiſſum alteri Sacerdoti recipere ad pænitentiam ſine eius conſenſu cui primum ſe commiſit: 16. *q.* 1. *can.* 8. Nullus Monachorum pro lucro terreno de Monaſterio exire nefandiſſimo auſu præſumat, neque pænitentiã dare, neque filium de baptiſmo accipere, neque bap..ſare, neque infirmũ viſitare, neque mortuum ſepelire, neque ad Eccleſiam ſecularem tranſire: *Can.* 10. Interdicimus Abbatibus & Monachis publicas pænitentias dare, infirmos viſitare, vnctiones facere, & Miſſas publicas cantare.

Anno 1180. *ex Conc. OEcumenico Lateran.* 3. Nullus à non ſuo iudice ligari poteſt vel abſolui: & vbi quis percipit ſpiritualia, ibi dare debet temporalia: atqui Parochijs ſoluuntur Decimæ temporales: ergo in Parochijs percipienda ſunt ſpiritualia.

Anno 1212. *ex Synodo Galonis & Simo-*

nis legatorum, Omnes tenentur ſemel in anno confiteri proprio Sacerdoti..

Anno 1215. *ex Conc. OEcumenico Lateran. 4. cap. 21.* ſemel in anno confitendum eſt proprio Sacerdoti aut alteri de eius licentia, ea prius petita & obtenta à pænitēte, ſi iuſta de cauſa voluerit alieno confiteri; ſemel etiam ad minus in Paſchate cōmunicandum eſt in propria Parochia.

Anno 1222. *ex Conc. Oxonienſi*, in ſingulis Archidiaconatibus conſtituantur ab Epiſcopo plures Confeſſores præter Ordinarios Prælatos vt illis fiat confeſſio ab eis qui erubeſcunt confiteri ſuo Prælato (prius tamen petita licentia à pænitentibus vt dictum eſt) Moniales confiteantur Sacerdotibus ab Epiſcopo ſibi deputatis.

Circa annum 1270. floruit B. Thomas, qui *In 7. Theſi contra Guillelmum de Sainct Amour* ſic ait, Quiſquis Papæ vel Epiſcopo ſuo, vel alicui eius vicem habenti Cōfeſſus eſt, ille Confeſſus eſt proprio Sacerdoti: Quod de ipſorum pænitentiarijs aut Vicarijs generalibus, aut ijs qui commiſſionem & mandatum aliquod ſpeciale circa hoc habuerint, eſt intelligēdum, non de ijs qui ſimplicem tantum & con-

fusam habent licentiam qua possint vti vel non vti cum ipsis vel pænitentibus libuerit. *Ex Thesi* 8. *eiusdem D. Thom.* cum Episcopus subditum sacerdotis absoluit per se vel per alium cui commisit, tum Sacerdos Parochialis ita debet se reputare cognoscere eum, ac si sibi Confessus esset, Nam cognoscere potest aliquem aut ex propria Confessione, aut ex sententia superioris an sit dignus Communione: ergo D. Thomas loquitur de cõmissione particulari data ab Episcopo absoluẽdi hũc vel illum certum & determinatum, vt cũ ei constiterit ex relatione Commissarij illum vel illos esse Confessos, sententiam ferat Episcopus eos dignos esse Communione, de qua sentẽtia dum Parocho constiterit, exonerabitur eius conscientia. *Ex suppl. q.* 8. *a.* 4. Iure Communi Confessio debet fieri proprio Sacerdoti, neque iure communi licet Regularibus secularium audire Confessiones nisi curam habeant animarum.

Anno 1274. *ex Conc. Salisburgensi*, Nulli Religioso licet extra suum ordinem sibi eligere Confessorem, nisi de Prælati sui licentia speciali: ergo idem de Parochiano dicendum est.

Anno 1284. *ex Conc. Pictauiensi*, Nemo debet Sacramenta recipere ab vllo etiam priuilegiato, nisi de consensu Episcopi sui vel proprij Sacerdotis.

Post annum 1294. *ex Constitut. Bonifacij Papæ tit. de pænit. & remiss. in* 6. generalis cōcessio Confessoris eligendi non includit potestatem absoluendi ab ijs quæ specialiter Episcopo sunt reseruata: Neque prætextu consuetudinis potest quis sibi eligere Confessorem *cap.* 2. *tit. de sepul. extrauag.* 2. Regulares vt prædicent, vel vt confessiones audiant, debent ab Episcopo esse probati; probati communiter non ampliorem habent potestatem in absoluendo quàm habeant Parochi, vbi notanda est hæc particula, in absoluendo, Nam in cæteris non habent æqualem potestatem; inauditum enim est Priuilegiatum Regularem dare posse licentiam Laïcis vt alteri confiteantur, quam tamen dant Parochi si iusta de causa ab eis petitur, *Can. Omnis de pænit. & remis.* Vnde non eximuntur seculares quin semel in anno eam petere teneantur.

Anno 1303. *ex Constit. Benedicti* 11. *extrauag.* 1., *de priuileg. in com.* Religiosi non plus habent potestatis in audiendis Con-

fessionibus quam Parochiales Sacerdotes in sensu iam explicato : Neque à casibus Episcopo aut superiori reseruatis absoluere possunt : Quia vero licet non sit necessarium peccata ritè confessa & dimissa iterum confiteri; tamen illud idem salubre est & vtile, imo necessarium est ijs qui peccata sua cõfiteri alijs neglexerint, ea proprio suo Parocho confiteri, *ex textu eiusdem extrauagantis*, ideo Regularibus districtè iniungitur vt confitentes attentè moneant, & in suis prædicationibus exhortentur, quòd suis Sacerdotibus saltem semel confiteantur in anno; preterea sibi confitentes monere debent & inducere, vt de proprijs bonis suis Ecclesiæ Parochiali competenter relinquant.

Anno 1311. *ex Conc. OEcumenico Vienn. tit. de priuil.* Excommunicantur Religiosi qui Clericis aut Laïcis Sacramentum Extremæ vnctionis vel Eucharistiæ ministrare, Matrimoniaue solemnisare præsumunt sine Parochi licentia speciali; aut qui à pæna & culpa absoluunt, aut excommunicatos à Canone, præterquam in casibus à iure expressis, vel eis per priuilegia sedis Apostolicæ concessis; quæ excommunicatio est sedi Apostolicæ reseruata, & qui

in eam incidunt possunt ab Ordinarijs publicè denunciari excommunicati. *Clement. dudum de sepult.* Religiosi priuilegiati ad confessiones audiendas idonei post petitam, etsi non obtentam à Diæcesano licentiam, possunt sibi confiteri volentium audire confessiones eosque absoluere; sed hoc intelligitur de confessionibus supererogatorijs, non autem de illa vnica semel in anno proprio Sacerdoti facienda, neque enim hic derogatur iuri communi & obligationi quam habet pænitens petendi & obtinendi licentiam semel in anno, si ex iusta causa velit alieno confiteri. *ex præcitato Can. Omnis vtriusque & ex Conc. Rauen. rubr. 15. eod. an.*

Anno 1318. Cruciferorum ordini Ioannes 22. concedit obligationes & iura sepulturæ sine præiudicio cuiuslibet iuris alieni; & vt officio prædicationis ac confessionum audiendarum fungantur, saluo iure Parochiali Sacerdotum, Mendicare autem in Parochijs, non nisi semel in anno eis permittitur, *bullam hanc recitat Chopinus lib. 2. monast. tit. 1. §. 21.*

Anno 1322. *ex Conc. Sabinensi* Parochis sub excommunicatione præcipitur, vt singulis diebus Dominicis à septuagesi-

ma vsque ad Pascha, publicēt Decretum illud *Omnis vtriusque* de Confessione illa annua.

Anno 1404. *ex Conc. Lingonensi*, Parochus non admittat Religiosos ad audiendas Confessiones nisi ei fidem faciant in scriptis se à Diæcesano habere licentiam eas audiendi: Curatus vero quando ab eo petitur det facilè licentiam Confitendi alteri probato.

Circa annum 1428. *ex Ioan. Gerson. de potest. Eccl. consid.* 13. ius prædicādi & confessādi competit prælatis & Curatis principaliter & essentialiter, Mendicantibus autem de per accidens & priuilegio, quoniam sunt introducti vel admissi ex concessione & beneplacito Dominorū Prælatorum. Idem *de visit. prælat.* docet inquirendum esse an Regulares agant contra Decretalem *Omnis vtriusque.*

Anno 1439. *ex Decret. Eugenij Papæ 4. in Conc. OEcum. florent.* secunda pars actuum pænitentis est Oris confessio, ad quam pertinet vt peccator omnia peccata quorum memoriam habet, suo Sacerdoti confiteatur integraliter.

Anno 1452. *ex Philippo Lingonensi Episcopo in Synod.* Aliquibus cōcessimus absol-

uendi facultatem de casibus nobis reseruatis, qui sub vmbra nostræ huiusmodi concessionis, asserunt se proprios Sacerdotes tanquam à nobis commissos. Declaramus quod per quamcumque generalem concessionem facultatis absoluendi de Casibus nobis seruatis quibuscumque datam, non intendimus præiudicare Curatis nostris, quoad effectum Decretalis, Omnis vtriusque.

Anno 1456. *ex Guid. Lingon. Episcopo in Syn.* Parochianus est qui per annum & diem alicubi moram fecit; ante quod tempus expletum non debent ei Sacramēta ministrari, nisi Curati à quo recessit dimissorias habeat vel certificatorias litteras.

Anno 1478. *ex Constit. Sixti* 4. Tenentur fideles saltem in Paschate Sacerdoti proprio confiteri, & prohibetur mendicantibus prædicare Contraria. Respondent aliqui Proprium Sacerdotem eum omnem esse qui à summo Pontifice vel à Diæcesano probatus est ad audiendas Confessiones, quasi idem sit esse probatum & esse proprium. Sed hoc ridiculum est, quia proprius Sacerdos non est nisi triplex, Papa scilicet, Episcopus &

Parochus, vel eorum Vicarij; Priuilegiati autem probati ſunt innumeri. Deinde quia Parochus tanquam proprius Sacerdos, licentiam audiendi Confeſſiones poteſt alteri dare; dummodo alter ille probatus ſit à Papa vel ab Epiſcopo, & non aliter; Priuilegiati autem probati non poſſunt talem licentiam alijs dare: ergo illi Priuilegiati non ſunt proprij Sacerdotes: ergo hæc ſpecialis licentia Parochi ſuperaddit aliquid ſpeciale ſuper Priuilegia illa & ſuper approbationes generales; ergo hæc duo differunt, eſſe Priuilegiatũ probatum & eſſe Sacerdotem proprium. Hæc conſtitutio habetur in extrauag. com. *cap. 2. de treuga & pace*, vbi non ideo excluduntur Regulares quin poſſint audire Confeſſiones quouis tempore, hæc enim duo non ſunt contradictoria nec incompatibilia; Quia, vt ibidem dicitur, hæc poſſunt & debent fieri ſecundum iuris communis & priuilegiorum diſpoſitionem: atque ita hæc duo Priuilegium & ius commune, coniunguntur non opponuntur, nec per vnum abrogatur aliud: Confiteatur quis Regularibus, & apud eos Miſſas audiat millies ſi velit per modum ſupererogationis, dum tamen me-

minerit eorum quæ de iure tenetur in Parochia adimplere.

Anno 1515. *ex Conc. Lateran. ſub Leone* 10. Laïci & Clerici Seculares à ſententijs ab homine latis nullatenus à Regularibus vi Priuilegiorum ſuorum vnquam abſolui poſſunt.

Anno 1524. *ex Conſtit. Cardin. Campegij de latere Legati*, Eccleſiaſtica ſepultura priuatur ille de quo non conſtat Curato an ſemel in anno ſit confeſſus & an communicauerit.

Eodem anno *ex Conc. Senonenſi*, Parochi non niſi ſuos Parochianos abſoluere poſſunt: Parochi à Decanis conuocari non poſſunt, neque coram ipſis citari à media quadrageſima vſque ad diem Iouis poſt paſcha, quia confeſſionibus audiendis vacant.

Anno 1526. *ex Conc. Carnot.* Regulares tenentur ſuæ admiſſionis à Diœceſano litteras exhibere curatis aut eorum Vicarijs vbi prædicare vel audire confeſſiones intendunt: Omnibus præcipitur iuxta Cõcilium generale, vt ad minus ſemel in anno proprio Sacerdoti, aut ab eo commiſſo confiteantur.

Anno 1528. *ex Conc. Senonenſi, cap.* 37.

Men-

Mendicantibus Religioſis à Papa Priuilegiatis & ab Epiſcopo admiſſis, Regulariter in abſoluendo non competit amplior poteſtas quàm Parochialibus Sacerdotibus, niſi Eccleſiarum Prælati eis vberiorem in hac parte gratiam ſpecialiter duxerint faciendam : idque de Confeſſionibus per totum annum intellige, non autem de illa vnica quæ ſemel in anno facienda eſt Parocho, cuius iuri numquam cenſentur derogare Epiſcopi per ſuas illas Regularium generales & indeterminatas approbationes, niſi id ſpecialiter exprimant.

Anno 1530. *ex Synodo Eccleſiæ Trecenſ.* Si quis Parochianus alij Sacerdoti quam ſuo proprio, aliqua rationabili cauſa voluerit confiteri ſua peccata, licentiam prius poſtulet à ſuo proprio Sacerdote, cum aliter ipſe illum non poſſit abſoluere vel ligare, niſi habeat à Superiore licentiam : licentiam inquam ſpecialem, poſtquam Superior dijudicauerit an prædicta cauſa ſit rationabilis ob quam velit hic alteri confiteri.

Anno 1536. *ex Conc. Colon. part. 7. cap. 20.* qui Euchariſtiam ſuſcepturus alteri quam ſuo Parocho confeſſus eſt, ſi ſuſpe-

ctus habeatur non factæ confeſſionis, teſtimonium afferat ſe confeſſum eſſe, eiuſque conſcientiam verus ipſe Parochus in principalibus Chriſtianiſmi articulis excutere non ommittat.

Anno 1548. *ex Conc. Auguſtano cap.* 8. Parochi ſeparatim deſcribunt nomina ſtatuto ab Eccleſia tempore cõfitentium & communicantium: *cap.* 19. Canon Omnis vtriuſque, publicetur à Parochis ſingulis diebus Dominicis quadrageſimę.

Anno 1549. *ex Conc. Colon. cap.* 34. fideles omnes vel proprio Parocho ante Communionem confiteãtur, vel ſi de eorum cõfeſſione probabilis eſt dubitatio, teſtimonium afferant quod alibi ſint confeſſi & abſoluti: *Cap.* 37. Sanctimonialibus indulgetur bis aut ter in anno, alij quàm ſuo Preſbytero confiteri, dummodo ab Ordinario loci deputetur.

Eodem anno *ex Conc. Moguntino cap.* 25. Mendicantes priuilegiati in Confeſſionibus audiendis, Parochis in adiutorium accedunt: *Cap.* 27. Religioſi non debent Laïcos communicare ſine conſenſu Parochorum: *Cap.* 28. ſine teſtimonio factæ confeſſionis nemo à Parochis ad communionem eſt admittendus.

Anno 1557. *ex Conc. Pariſienſi*, debent fideles à teneris aſſueſcere confiteri peccata ſua coram ſuo Parocho: Nullus Parochus ad Euchariſtiæ ſumptionẽ quempiam præcipuè in Paſchate admittat, cuius conſcientiam non nouerit, aut ipſe aut ab eo ei negotio præfectus.

Anno 1563. *ex Conc. Trid. ſeſſ.* 14. *Can.* 8. Anathemate feriuntur qui aſſerunt Confeſſionem omnium peccatorum qualem Eccleſia ſeruat eſſe impoſſibilem, aut ad eam non teneri omnes & ſingulos Chriſti fideles iuxta magni Conc. Lateran. Cõſtitutionẽ quæ incipit Omnis Vtriuſque: ex qua conſtat neceſſario ſaltem ſemel in anno petendam eſſe licentiam per ipſum pænitentem, vt ſaltem hoc modo Paſtor eum cognoſcat ſi & an iuſta de cauſa velit alieno confiteri. *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. Nullus etiam Regularis poteſt confeſſiones ſecularium, etiam Sacerdotum audire, niſi aut Parochiale beneficium aut ab Epiſcopis per examen ſi illis videbitur eſſe neceſſarium aut alias idoneus iudicetur. *Seſſ.* 24. *cap.* 13. diſtingui debet populus in certas propriaſque Parochias, & vnicuique ſuus perpetuus peculiariſque Parochus eſt aſſignandus, qui

eas cognoscere valeat, & à quo solo licitè Sacramenta suscipiantur; breuior autem & facillima via, imo in multis vnica & necessaria est confessio Sacramentalis.

Anno 1565. *ex Conc. Mediol.* 1. Parochus ad sex dies post octauam Paschæ, Episcopo defferat nomina eorum qui non communicauerint; Innocentij 3 constitutionem qua sancitum est vt fideles saltem semel in anno proprio Parocho peccata sua cõfiteantur, inuiolate omnes seruent. Huic Concilio prȩfuit sanctissimus Charolus Borromeus qui cum suis suffraganeis cæterisque Doctoribus ad Conciliũ vocatis, nomine proprij Sacerdotis in Can. omnis vtriusque, proprium Parochùm intellexit, non quẽlibet Regularẽ.

Anno 1569. *ex Conc. Mediol.* 2. Iubeat Episcopus eos qui ter moniti non communicauerint in Paschate, Ecclesiæ ingressu & Ecclesiastica sepultura interdictos, in propria Parochali Ecclesia denũciari, tum eorum nomina descripta ad Parochialis & Cathedralis Ecclesiæ valuas affigi.

Anno 1571. *ex Constit. Pij* 5. Regulares cuiuscumque ordinis etiam mendicãtis lectores aut in Theologia graduati,

non poſſunt ſecularium confeſſiones audire, niſi ſint ab Ordinarijs pro tempore exiſtentibus de nouo approbati, etiam ſi *alias* ab Ordinario prædeceſſore probati fuiſſent.

Anno 1573. *ex Conc. Mediol.* 3. Qui ad confeſſarium etiam Regularem in aliena Diæceſi commorantem dedita opera ſe conferens peccata ſua erit confeſſus, niſi confeſſarius ille & ab Epiſcopo loci, & à confitentis Ordinario ad confeſſiones audiendas probatus erit, ei tanquam inconfeſſo Parochus Euchariſtiæ Sacramentum ne præbeat. Confeſſores Regulares quantumuis priuilegiati non poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis.

Anno 1576. *ex Conc. Mediol.* 4. Confeſſarius Sacerdos quicumque ſit etiam Regularis, ne auditæ ſacræ Confeſſionis teſtimonium ſcriptum aut impreſſum manu ſua ſuoque ſigillo ſignatum ſibi peccata confeſſis dare omittat, tum in Paſcha vt Parochis, tum ægrotationis tempore vt Medicis, quod debent eos præſtitiſſe planè conſtet: præterea confitentiũ paſchæ tẽpore nomina & cognomina notato die & menſe in librũ vnum referant, Epiſcopo cum opus fuerit exhibendum.

Anno 1579. *ex Conc. Mediol.* 5. Suspensioné à diuinis ipso facto incurrit priuilegiatus qui à casibus Episcopo reseruatis præsumit absoluere.

Anno 1581. *ex Conc. Andegauensi*, frequéter publicandum est decretum Omnis vtriusque.

Anno 1582. *ex Conc. Mediol.* 6. Episcopus Regulares iam probatos suspendere potest a confessionibus audiendis quotiescumque id viderit ad sibi subditarum animarum salutem expedire : possunt ergo Episcopi impedire ne circa festú paschæ Regulares audiant Confessionem secularium sine parochi licentia.

Eodé anno 1582. *ex Conc. Burdegal. cap.* 11. eos qui solemnibus paschæ diebus vel circiter, ad sacramentum Eucharistiæ præmissà peccatorum confessione nó accesserint, Parochi ad Episcopum proximà post pascha synodo defferant, censuris alijsque pœnis puniendos. *cap.* 12. Omnes semel ut minimum quotannis & maxime acceptabili quadragesimæ tempore, omnia peccata sua proprio sacerdoti tenentur confiteri : Nullus presbiter ne Religiosus quidem, confessiones secularium etiam sacerdotum audire potest nisi aut

rochiale beneficium, aut ab Episcopis
er examen vel alias idoneus iudicatus
pprobationem obtineat : in omnibus
Cathedralibus Ecclesijs vbi id commo-
é fieri poterit, ab Episcopo instituatur
Pænitentiarius cum vnione præbendæ
proximè vacaturæ.

Anno 1583. *ex Conc. Remensi*, Nemo existimet sibi licere cuicumque volet Sacerdoti Confiteri, sed proprio tantum Paræcho; si Quis autem alieno Sacerdoti voluerit iusta de causa, sua confiteri peccata, licentiam postulet & obtineat à proprio Sacerdote, cum aliter ipse illum non possit absoluere vel ligare.

Anno 1584. *ex Conc. Bituricensi*, Omnes saltem semel in anno ad diem Paschæ proprio Sacerdoti confiteantur sub pæna excommunicationis : Nemo ad diem pasche Eucharistiam ab alio quam à proprio Parocho seu curato sumere præsumat, qui contra fecerit excommunicetur.

Anno 1585. *ex Synodo Aquensi*, Innocentij 3[i] Constitutionē in generali Concilio editam qua sancitum est vt fideles saltem semel in anno, proprio Parocho peccata sua confiteātur, inuiolatè omnes seruent; Nemo in paschate Eucharistiā

sumat nisi à proprio Parocho vel altero de eius licentia.

Anno 1590. *ex Conc. Tolosano*, confessionis alteri factæ probatio in scriptis dari debet Parocho in Paschate, vt ille sic confessos describat in suo cathalogo.

Anno 1596. *ex Conc. Aquileiensi*, si apud Ecclesias Parochiales populus ita numerosus est vt vnus Ecclesiasticis sacramentis ministrandis non sufficiat, Parocho adiungātur alij Sacerdotes Vicarij, quod sæpe necessarium est pro confessionibus audiendis.

Circa annum 1600 floruit Chopinus qui *Monast. lib.* 2. *tit.* 1. §. 13. Quod Regularibus concessum esse videtur vt ipsis confitentes satisfecisse censeantur Ecclesiastico præcepto confitendi semel in anno, intelligendum esse docet secundum formā Canonis Omnis vtriusque, quando scilicet pænitentes à proprio Parocho veniā petierint adeūdi alienum Sacerdotem: *&* §. 21. Recitatur bulla Ioan. 22. qui in priuilegio confessionum audiendarum hanc clausulam apponit, Saluo iure Parochiali Sacerdotum: *&* §. 31. de Dominicanis agitur ac cuiusque Pastoris venia & curati licentia prærequisita docetur.

Anno

Anno 1603. *ex Edicto Henrici* 4. quo
Patres Societatis Iesu in sua loca merito
sunt restituti, ipsi nihil nisi secundum ius
commune possunt contra iura Episcopo-
rum, Capitulorum, Rectorum & Vniuer-
sitatum: sicut nec sine licentia Diæcesa-
ni prædicare, nec confessiones nisi eorum
qui eiusdem sint Societatis audire, nec
alia Sacramēta ministrare possunt. Con-
fratribus B. M. Virginis apud eosdem
Patres indicitur Confessio & Communio
. die Dominica cuiuslibet mensis; ergo
e ad præceptum generale Ecclesiæ lici-
um illis est addere, & non licebit Con-
cilijs prouincialibus? Iidem confratres
confessarium vnum Ordinarium habent,
nec alteri possūnt cōfiteri nisi de licentia
illius aut Rectoris Collegij, ne ergo de-
dignentur licentiam à proprio Parocho
petere semel in anno, vbi multo maior &
antiquior est obligatio. Præfecti earum-
dem Congregationum libros habent in
quibus separatim scribunt nomina eorum
qui frequentes sunt, & separatim nomina
aliorum qui rarò intersunt cōgregationi;
liceat ergo Parochis in libro describe-
re eorum nomina qui ne quidem semel in
anno communicant neque confitentur

in Parochia.

Anno 1614. *ex Constit. Pauli* 5. publicatum est Rituale Romanum & *anno* 1615. in tota prouincia Aquitanica receptum, in quo specialiter continetur præceptum de confitendo semel in anno proprijs Parochis aut alteri de eorum licentia.

Anno 1623, *ex Constit. Gregorij* 15. Nullus etiam Regularis potest audire confessiones secularium etiam Sacerdotum, nisi aut Parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopo sit probatus: Confessores Monialium tam ordinarij quàm extraordinarij, debent prius ab Episcopo esse probati, imo & amoueri possunt ab Episcopo quoties id expedire iudicauerit, Superioribus id facere detrectãtibus.

Anno 1624. *ex Con. Burdegal. cap.* 5. *art.* 3. semel in anno confitendum est proprio Parocho aut alteri de eius licentia; contrarium docentes aut cõsulentes puniantur à Diæcesanis, per totam prouinciam ab omni functione Ecclesiastica repellendi: *art.* 7. Constitutio Gregorij 15. quæ incipit, Inscrutabili Dei prouidentia, legitur, publicatur & recipitur.

Anno 1625. *in Congregatione generali gallicorum Prælatorum Parisijs habita, art.* 4. pro-

hibetur Regularibus quibuſcumque ne à Dominica palmarum vſque ad octauã Paſchatis incluſiuè, ſeculares vllos admittant ad confeſsionem vel ad communionem, niſi ſuper hoc Parochianus licentiam habeat ſpecialem à Diæceſano vel à proprio Parocho; quo caſu pęnitens ſufficientem refferet atteſtationem ei à quo licentiam habuerit, quòd legitimè confeſſus ſit vel communicarit. *art.* 5. Nullus Regularis poteſt audire Confeſſiones niſi prius ab Epiſcopo aut eius Vicario examinatus ſit & approbatus. *art.* 6. Non poſſunt Regulares virtute alicuius indulti Apoſtolici abſoluere ab hæreſi alijſue caſibus Papæ aut Epiſcopo reſeruatis, neque ſuper irregularitatibus diſpenſare, niſi prius de ipſo indulto conſtiterit ipſi Diæceſano, exceptis ſecretis indultis pænitentiariæ Romanæ. *art.* 7. Regulares etiam à Diæceſano probati non poſſunt audire cõfeſsiones nec Miſſam celebrare nec concionari in Eccleſijs Parochialibus ſine Parochi conſenſu, niſi fortè in ſcriptis maior ſit eis data poteſtas à Diæceſano. *art.* 36. Nulli exempti Regulares aut ſeculares deputari poſſunt à ſuperioribus Monialium ad illarum con-

fessiones ordinarie vel extraordinarie audiendas, nisi accedente Diæcesani consensu, commissione & approbatione; qui cõfessarij non satisfacientes muneri suo, Episcopo monente mutandi erunt à prædictis Superioribus, vel ipsis negligentibus ab Episcopo mutabuntur. *art.* 37. serui & alij quicumque extra clausuram Monialium degentes etiam si de ipsarum familia esse censeantur, obligantur ad omnia iura Parochialia.

Pauca hæc è multis sufficient ad probãdum ius Parochorum circa Cõfessionem; Nam canonis illius, Omnis Vtriusque, duplex est ratio fundamẽtalis, Prima quia iure diuino Pastor tenetur gregem agnoscere eiusque saluti inuigilare, sicut etiam oues tenẽtur Pastorẽ suum agnoscere & alienum fugere, *Ioan.* 10. Vnde Decretum illud Concilij Lateran. est diuini iuris quoad substantiam, iuris autem Ecclesiastici quoad solam determinationem temporis, non quoad designationem personarum. Secunda ratio est quia iure communi cõfessio peccatorum non potest fieri nisi proprio Sacerdoti & Ordinario iurisdictionem habenti, *ex suplem. D. Thom. q.* 8. *a.* 4. *&* 9. *q.* 2. *can.* 2. ideo

glossa in *prædictum caput Omnis vtriusque v. alieno*, *per multos textus* optimè probat quod semel in anno necessario per pænitentem petenda est licentia à Parocho, etiam si priuilegiato alicui velit confiteri, vt saltem hoc modo Pastor dignoscat suos, sicque satisfiat præcepto diuino & Ecclesiastico; neque enim sufficit Parocho scire Regulares priuilegiatos habere licentiã audiendi confessiones, nisi etiam sufficienter ei constet vel per sententiam superioris vel per attestationem confessariorum, hunc vel illum suum Parochianum iusta de causa eis esse confessum: quod maximè necessarium est hoc sęculo & in hoc regno Gallico ob innumeros atheos & hæreticos fidelibus permixtos.

Obiiciunt 1. Regulares omnes priuilegiatos à Papa, vices gerere summi Pontificis, ac proinde esse proprios Sacerdotes. Respondeo negandam esse propositionem, hæc enim duo valde differunt, habere mandatum speciale de aliquibus determinatis in confessione audiendis vice illius qui committit, (quod paucis datur) vel tantum habere licentiam confusam & indeterminatam quoad personas, audiendi eos omnes qui se obtulerint,

quod dari solet priuilegiatis à Papa & ab Episcopo, tamen absque derogatione iuris parochialis. *Vide suppl. D. Thom. q. 8. a. 5. ad 3. quo eodem articulo* quæritur, quid fiet si aliquis antea à priuilegiato absolutus, postea nullū peccatum mortale commiserit, an tenebitur sub pæna peccati mortalis, peccata venialia aliqua confiteri proprio Sacerdoti, vel aliqua mortalia ex iam confessis & dimissis?

Respondeo vtrumque vel alterutrum ex illis futurum vtile si fiat, sed neutrum esse omnino necessarium; tunc enim Parochiano sufficiet præsentare se proprio Sacerdoti cum reuerentia & humilitate, asserendo & probando se alias per aunnm legitime confessum esse? pro tunc autem se nullius peccati mortalis esse sibi conscium, licét in cæteris peccator sit, de quibus etiam dolet & seipsum accusat in genere; quæ accusatio sufficiet vt à proprio Parocho absolui possit in foro pænitentiæ: idemque dici solet de eo qui per totum annum à sua vltima confessione in nullum peccatum mortale inciderit *ex D. Thoma iam citato, & ex Syluestro V. Confessor 1. num. 5. qui vterque fuit Religiosus Dominicanus & priuilegiorum Regularium obseruan-*

tissimus. Iterum autem confiteri Parocho peccata mortalia iam à priuilegiatis condonata in cōfessione vtilissimū est & Regularibus districtè iniungitur ita docere *per extrauag.* 1.*de priuil.in Commun.*Ideòque peccat Mortaliter qui ex contemptu trāsgreditur consilium illud, iterum eadem peccata confitendi proprio Parocho:formalis enim & positiuus contemptus consiliorum est semper mortalis *ex Syluest. V. Contemptus num* 3. 4. *& ex Nauar in Enchir. cap.* 20. *n.* 20.

Obiiciunt 2.Bullam Leonis 10.*in Cōc. Lateran. sess.* 11. vbi videtur quòd confitentes Religiosis satisfaciunt constitutioni, Omnis vtriusque, Respōdeo 1.ex ipso contextu bullæ, hæc priuilegia non concedi nisi vbi Regulares habent Parochiales Ecclesias, Respondeo 2. constare *e prædicta sess.* 11. quod multi Prælati his priuilegiis non consenserunt, & voluit Concilium eorum oppositiones ad longum cum ipso textu Concilij describi, neque illis per vllam clausulam derogatum est:vnde patet ea priuilegia non fuisse vbique recepta:& si alicubi tunc recepta sunt, eis postea derogatū est per contrarias constitutiones subsequentes supra

citatas. Reſpondeo 3. multa contineri in prædicta conſtitutione, Omnis vtriuſque, circa pænitentiæ ſacramentum, 1. vt omnes fideles confiteãtur omnia ſua peccata ei qui poteſtatem habeat abſoluendi; quod de peccatis mortalibus intelligitur *ex gloſſa V. omnia*; hoc autem eſt de iure diuino; 2. vt hæc Confeſsio fiat ſaltem ſemel in anno; & hæc temporis determinatio eſt iuris communis Eccleſiaſtici: 3. vt fiat proprio ſacerdoti; & hoc eſt partim iuris naturalis partim poſitiui, quatenus nemo iudicari poteſt vel abſolui niſi à ſuo Iudice: 4. vt qui alieno Sacerdoti iuſta de cauſa voluerit confiteri, licentiam prius obtineat à proprio Sacerdote, vt ſic ſaltem Paſtorem ſuum agnoſcat & à Paſtore ſuo agnoſcatur, quod aliqua ratione eſt iuris diuini; *Ioan.* 10. *& ex Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 1. 5. licentia ſola obtenta à Parocho non ſufficit niſi etiá alienus ille adeũdus ſit probatus ab Ordinario vel ſufficienter priuilegiatus, *ex gloſſa prædicti capitis Omnis Vtriuſque.* 6. *in eodem cap.* definitur quòd nemo niſi ſubditum ſuum poteſt abſoluere, idque verum eſt tum in Paſchate tum toto anni tempore. Dicendum eſt itaque quod *per prædictam*

prædictam bullam Leonis 10. *& per alias similes*, Religiosi priuilegiati æquiparantur tantum ijs qui ab Episcopo licentiam habent audiendi confessiones, qui certè ex vi suæ generalis approbationis nihil possunt contra ius Parochorum; & tunc priuilegium prodest eis dupliciter, 1. vt in Paschate, probati, vel sine iusta causa reiecti, possint absoluere eos qui cum licentia Parochi ipsos adierint; 2. vt toto reliquo anni tempore absque alia noua licentia possint omnium audire confessiones extraordinarias, pro quibus pænitens non tenetur sese offerre Parocho. Respondeo 4. Quod per priuilegia Regularium, non liberantur fideles ab obedientia quam debent legibus Diæcesanis prouincialibus & ipsi Concilio generali, ex quo desumptum est prædictum cap. Omnis, certè nihil nisi contemptum redolet dum Parochiani dedignantur petere prædictam licentiam quæ facillimè dari debet. Respondeo 5. Quod cum de duabus seruitutibus vna tantum tollitur, remanet altera; atqui neque Papa, neque Concilium vllum per talia priuilegia vnquam derogauit iuri Parochiali quod licentiam saltem à proprio Sacer-

dote specialiter petendã per pænitentem: quæ tamen clausula derogatoria deberet esse expressissima, si ea mens esset Superiorum tollendi hanc seruitutem, & hoc ius speciale abrogandi, *sicut per multos textus probat glos. in præd. cap. Omnis vtriusque V. alieno :* ergo cum Parochiani obligentur ad duo, 1. scilicet, vt adeant aliquem probatum; 2. vt id fiat ex iusta causa cum licentia Parochi, prima illa seruitus tollitur per priuilegium Regulariũ, dummodo & à Diæcesano sint probati, sed semper remanet 2ª illa seruitus & obligatio. Respondeo 6. quod per bullas priuilegiorum illorum non derogatur decretis Conciliorum prouincialium totius Galliæ, quia eorum deberet fieri expressa mentio in derogatione, *ex cap. 1. de Constit. in 6.* quod tamen factum non est, imo excommunicãtur Religiosi qui à sententijs promulgatis per statuta prouincialia vel Synodalia absoluunt *Clement. 1. de priuil.* Respondeo 7. Quod Leo 10. *in prædicta bulla* appertè dicit, Religiosis factas concessiones, à se fuisse moderandas; tantum abest vt vel eas ampliauerit vel ius commune prius & antiquum abrogauerit, imo ibidem confirmantur pacta & conuen-

tiones inter Parochos & Regulares factæ ad maiorem & firmiorem iurium Parochialiũ conſeruationem; *quales ſunt pro tota hac materia in extrauag. 2. de treug. & pace & cõcordia facta Pariſijs ex annal. ad an.* 1409. Vnde etiam per prædictam bullam Leonis nec in ſpecie nec in genere derogatur vllis conſuetudinibus aut ſtatutis ſecularium, ſed tantum priuilegijs, conſtitutionibus, indultis & conſuetudinibus Ordinum Regularium etiam in Mari magno contentis.

Obijciunt 3. Liberam debere eſſe confeſſionem, ac proindę liberum vnicuique eſſe ſibi confeſſarium eligere. Reſpondeo 1. diuinis & humanis præceptis libere obediẽdũ eſſe, & virtutis amore, quod ſolent viri pij; ſed qui libere nolunt, cogendi ſunt formidine pœnæ. Reſpõdeo 2. liberum eſſe pænitentibus ſecularibus millies in anno, ex probatis confeſſarijs ſibi eos eligere quos voluerint pro ſuis illis confeſſionibus quæ conſilij ſunt & non præcepti: Sed ea quæ conſilij ſunt, non liberant fideles ab ijs quæ ſunt præcepti & neceſſitatis, qualis eſt confeſſio illa annua facienda Parocho. Aduertãt fideles ſe in Parochiali Eccleſia, apud

ſeipſos eſſe, & in ea ſe ius habere petendi, ipſiſque obligatum eſſe Sacerdotem ad adminiſtrãda Sacramẽta etiam cum vitæ periculo: cum vero aliorum templa adierint, verſantur in alienis ædibus ibique repulſam pati poſſunt ab ijs qui pro maiori ſua libertate nec à populo nec ab Epiſcopis vel Archiepiſcopis ad ſimilia cogi poſſunt. Patiantur Religioſi, greges ſeculares paſci ſaltem aliquãdo à proprio Sacerdote ſeculari; liceat Matri lactare filios quos in baptiſmo genuit: ne in vanum ſoluantur Decimæ proprijs Parochis pro Sacramẽtorum adminiſtratione, vt qui ſeminant ſpiritualia, temporalia metant, 1. *Cor.* 9. niſi fortè Parochiarum contemptores cum Miſſis & confeſſionibus omnibus, ſibi velint etiam Decimas vſurpare.


Obijciunt 4. declarationes aliquas Congregationis Cardinalium. Reſpondeo 1. Quod ſi aliquid declaratum eſt ab Illuſtriſſimis Cardinalibus contra ius aliquorum Parochorum; (quod tamen non crediderim) id tantum fuit ponderatis circumſtantijs loci, temporis & aliquarũ perſonarum, quibus forte talia reſponſa particularia data ſunt, Vnde ſimilia reſ-

cripta non faciunt ius commune. Res-
pondeo 2. Quod *Circa annum* 1572. Gre-
gorius 13. reuocauit Declarationes om-
nes Cardinalium, Congregationũ & alias
sub Pio 5. obtentas circa confessionem,
Missarum celebrationem & alia quam-
plurima; quæ ad terminandas multas lites
inde exortas reducta sunt ad ius commu-
ne & ad terminos Concilij Tridentini
*per Bullã quam reffert Nauarrus in fine sui En-
chir.* Ex quo patet quam debile sit funda-
mẽtum Gallemardi & aliorum quorum-
dam, dum *in suis notis supra Conc. Trid.* sæ-
pissime citant eiusmodi declarationes,
quarum multæ reprobatæ sunt à summis
Pontificibus; & in multis nec dies nota-
tur nec annus, quia aliquæ ex illis com-
mentitiæ sunt & supposititiæ: Præter-
quamquod eiusmodi Responsa non ha-
bent vim obligatoriam nisi authenticè
constet ea à summo Pontifice esse con-
firmata, & vbi oportuerit publicata esse
& recepta: Gallia vero tanquam Eccle-
siæ filia primogenita & protectrix, nullas
Declarationes vel Decreta vnquam ad-
mittit, si ipsis infriguntur Ecclesiæ Ca-
nones antiqui & recepti, *vt patet ex libel-
lo libertatum eius pag.* 8. Mirum est autem

quod prædictæ Declarationes quibus nituntur aduersarij, Turnoni in lucem editæ anno 1621. & Lugduni 1624. prodierint in Gallia absque vllius Episcopi Galli licentia, & sine vlla Doctorum gallicorũ approbatione (quasi nobis non sufficiant celeberrimæ nostræ Vniuersitates) cum sola approbatione & licentia quorumdam Doctorum & potestatum hispanicarũ, ad solam vnius typographi galli diligentiam: qui *vt patet ex eius præfatione* totum hoc negotium est aggressus, & reiectis quamplurimis Illustrissimorũ Cardinalium Declarationibus, *sicut ipse fatetur, ijs scilicet quibus Iura Parochialia hic disputata firmabantur*, compilauit ex varijs authoribus quæ ipse dominus typographus compilanda esse iudicauit, vt publici iuris fierent: quod graui animaduersione dignum est, veluti contrarium Decretis Tridentinis & Constitutionibus Regijs.

Cætera quæ obiici solent, partim soluta sunt prioribus capitibus, partim soluentur in sequentibus. Debent interim meminisse Parochiani, nomen Parochiæ deductum à verbo παρέχειν quasi Parochia sit mutua exhibitio, dum sacerdos

ministrat sacramenta spiritualia, & vicissim pro victu & vestitu dantur ei temporalia: in hac eadem significatione sed nobiliori modo hoc nomen accipit Cyrillus Hierosol. dum *Catech.* 16. Spiritum sanctum, magnũ Præsulem & gratiarũ Parochum id est exhibitorem vocat: Meminerint etiam fideles vnicuique dictum esse ab Ecclesiastico *cap.* 4. Presbytero humilia animam tuam; Est confusio adducens gloriam & gratiam; non confundaris confiteri peccata tua & ne subiicias te omni homini pro peccato: *et cap.* 17. In vnamquamque gentẽ præposuit Rectorem, non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere: Audiat etiam Parochus sibi dictum esse *prou.* 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera; non enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur tibi in generatione & generationem: quamuis & hic locus de cura Episcopali super vniuersam Diæcesim explicatur *à Concilio Mediol.* 1.



quod dari solet priuilegiatis à Papa & ab Episcopo, tamen absque derogatione iuris parochialis. *Vide suppl. D. Thom. q. 8. a. 5. ad 3. quo eodem articulo* quæritur, quid fiet si aliquis antea à priuilegiato absolutus, postea nullũ peccatum mortale commiserit, an tenebitur sub pæna peccati mortalis, peccata venialia aliqua confiteri proprio Sacerdoti, vel aliqua mortalia ex iam confessis & dimissis?

Respondeo vtrumque vel alterutrum ex illis futurum vtile si fiat, sed neutrum esse omnino necessarium; tunc enim Parochiano sufficiet præsentare se proprio Sacerdoti cum reuerentia & humilitate, asserendo & probando se alias per aunnm legitime confessum esse? pro tunc autem se nullius peccati mortalis esse sibi conscium, licét in cæteris peccator sit, de quibus etiam dolet & seipsum accusat in genere; quæ accusatio sufficiet vt à proprio Parocho absolui possit in foro pænitentiæ: idemque dici solet de eo qui per totum annum à sua vltima confessione in nullum peccatum mortale inciderit *ex D. Thomã iam citato, & ex Syluestro V. Confessor 1. num. 5. qui vterque fuit Religiosus Dominicanus & priuilegiorum Regularium obseruan-*

simus. Iterum autem confiteri Parocho
ccata mortalia iam à priuilegiatis con-
onata in cõfessione vtilissimũ est & Re-
ularibus districtè iniungitur ita docere
extrauag. 1. *de priuil. in Commun.* Ideòque
ccat Mortaliter qui ex contemptu trãs-
editur consilium illud, iterum eadem
ccata confitendi proprio Parocho: for-
alis enim & positiuus contemptus con-
iorum est semper mortalis *ex Syluest. V.*
ntemptus num 3. 4. *& ex Nauar in Enchir.*
p. 20. *n.* 20.

Obiiciunt 2. Bullam Leonis 10. *in Cõc.*
teran. sess. 11. vbi videtur quòd confi-
ntes Religiosis satisfaciunt constitutio-
, Omnis vtriusque, Respõdeo 1. ex ipso
ntextu bullæ, hæc priuilegia non con-
di nisi vbi Regulares habent Parochia-
s Ecclesias, Respondeo 2. constare
prædicta sess. 11. quod multi Prælati his
iuilegiis non consenserunt, & voluit
oncilium eorum oppositiones ad lon-
ım cum ipso textu Concilij describi,
eque illis per vllam clausulam deroga-
m est: vnde patet ea priuilegia non fuis-
vbique recepta: & si alicubi tunc rece-
a sunt, eis postea derogatũ est per con-
arias constitutiones subsequentes supra

citatas. Respondeo 3. multa contineri in prædicta constitutione, Omnis vtriusque, circa pænitentiæ sacramentum, 1. vt omnes fideles confiteãtur omnia sua peccata ei qui potestatem habeat absoluendi; quod de peccatis mortalibus intelligitur *ex glossa V. Omnia*; hoc autem est de iure diuino; 2. vt hæc Confessio fiat saltem semel in anno; & hæc temporis determinatio est iuris communis Ecclesiastici: 3. vt fiat proprio sacerdoti; & hoc est partim iuris naturalis partim positiui, quatenus nemo iudicari potest vel absolui nisi à suo Iudice: 4. vt qui alieno Sacerdoti iusta de causa voluerit confiteri, licentiam prius obtineat à proprio Sacerdote, vt sic saltem Pastorem suum agnoscat & à Pastore suo agnoscatur, quod aliqua ratione est iuris diuini; *Ioan.* 10. *&* *ex Conc. Trid. sess.* 23. *cap.* 1. 5. licentia sola obtenta à Parocho non sufficit nisi etiã alienus ille adeũdus sit probatus ab Ordinario vel sufficienter priuilegiatus, *ex glossa prædicti capitis Omnis Vtriusque.* 6. *in eodem cap.* definitur quòd nemo nisi subditum suum potest absoluere, idque verum est tum in Paschate tum toto anni tempore. Dicendum est itaque quod *per prædictam*

dictam bullam Leonis 10. *& per alias simi-*
, Religiosi priuilegiati æquiparantur
tum ijs qui ab Episcopo licentiam
bent audiendi confessiones, qui certè
vi suæ generalis approbationis nihil
ssunt contra ius Parochorum; & tunc
uilegium prodest eis dupliciter, 1.
in Paschate, probati, vel sine iusta cau-
reiecti, possint absoluere eos qui cum
entia Parochi ipsos adierint; 2. vt to-
reliquo anni tempore absque alia noua
entia possint omnium audire confes-
nes extraordinarias, pro quibus pæni-
ns non tenetur sese offerre Parocho.
espondeo 4. Quod per priuilegia Re-
larium, non liberantur fideles ab obe-
entia quam debent legibus Diæcesanis
ouincialibus & ipsi Concilio generali,
quo desumptum est prædictum cap.
mnis, certè nihil nisi contemptum re-
let dum Parochiani dedignantur pe-
re prædictam licentiam quæ facillimè
ri debet. Respondeo 5. Quod cum
duabus seruitutibus vna tantum tolli-
r, remanet altera; atqui neque Papa,
eque Concilium vllum per talia priui-
gia vnquam derogauit iuri Parochiali
uod licentiam saltem à proprio Sacer-

dote ſpecialiter petendã per pænitentem: quæ tamen clauſula derogatoria deberet eſſe expreſſiſſima, ſi ea mens eſſet Superiorum tollendi hanc ſeruitutem, & hoc ius ſpeciale abrogandi, *ſicut per multos textus probat gloſ. in præd. cap. Omnis vtriuſque v. alieno:* ergo cum Parochiani obligentur ad duo, 1. ſcilicet, vt adeant aliquem probatum; 2. vt id fiat ex iuſta cauſa cum licentia Parochi, prima illa ſeruitus tollitur per priuilegium Regulariũ, dummodo & à Diæceſano ſint probati, ſed ſemper remanet 2ª illa ſeruitus & obligatio. Reſpondeo 6. quod per bullas priuilegiorum illorum non derogatur decretis Conciliorum prouincialium totius Galliæ, quia eorum deberet fieri expreſſa mentio in derogatione, *ex cap. 1. de Conſtit. in 6.* quod tamen factum non eſt, imo excommunicãtur Religioſi qui à ſententijs promulgatis per ſtatuta prouincialia vel Synodalia abſoluunt *Clement. 1. de priuil.* Reſpondeo 7. Quod Leo 10. *in prædicta bulla* appertè dicit, Religioſis factas conceſſiones, à ſe fuiſſe moderandas; tantum abeſt vt vel eas ampliauerit vel ius commune prius & antiquum abrogauerit, imo ibidem confirmantur pacta & conuen-

ones inter Parochos & Regulares factæ
d maiorem & firmiorem iurium Paro-
hialiũ conseruationem; *quales sunt pro tota*
ac materia in extrauag. 2. de treug. & pace
& cõcordia facta Parisijs ex annal. ad an. 1409.
Vnde etiam per prædictam bullam Leo-
is nec in specie nec in genere derogatur
llis consuetudinibus aut statutis secula-
um, sed tantum priuilegijs, constitutio-
ibus, indultis & consuetudinibus Ordi-
um Regularium etiam in Mari magno
ontentis.

Obijciunt 3. Liberam debere esse con-
essionem, ac proinde liberum vnicuique
sse sibi confessarium eligere. Respon-
leo 1. diuinis & humanis præceptis libe-
e obediẽdũ esse & virtutis amore, quod
olent viri pij; sed qui libere nolunt, co-
gendi sunt formidine pœnæ. Respõdeo
2. liberum esse pænitentibus secularibus
millies in anno, ex probatis confessarijs
sibi eos eligere quos voluerint pro suis
illis confessionibus quæ consilij sunt &
non præcepti: Sed ea quæ consilij sunt,
non liberant fideles ab ijs quæ sunt præ-
cepti & necessitatis, qualis est confessio
illa annua facienda Parocho. Aduertãt
fideles se in Parochiali Ecclesia, apud

seipsos esse, & in ea se ius habere petendi, ipsisque obligatum esse Sacerdotem ad administrāda Sacramēta etiam cum vitæ periculo: cum vero aliorum templa adierint, versantur in alienis ædibus ibique repulsam pati possunt ab ijs qui pro maiori sua libertate nec à populo nec ab Episcopis vel Archiepiscopis ad similia cogi possunt. Patiantur Religiosi, greges seculares pasci saltem aliquādo à proprio Sacerdote seculari; liceat Matri lactare filios quos in baptismo genuit: ne in vanum soluantur Decimæ proprijs Parochis pro Sacramētorum administratione, vt qui seminant spiritualia, temporalia metant, 1. *Cor.* 9. nisi fortè Parochiarum contemptores cum Missis & confessionibus omnibus, sibi velint etiam Decimas vsurpare.


Obijciunt .4. declarationes aliquas Congregationis Cardinalium. Respondeo 1. Quod si aliquid declaratum est ab Illustrissimis Cardinalibus contra ius aliquorum Parochorum; (quod tamen non crediderim) id tantum fuit ponderatis circumstantijs loci, temporis & aliquarū personarum, quibus forte talia responsa particularia data sunt, Vnde similia res-

cripta non faciunt ius commune. Reſpondeo 2. Quod *Circa annum* 1572. Gregorius 13. reuocauit Declarationes omnes Cardinalium, Congregationũ & alias ſub Pio 5. obtentas circa confeſſionem, Miſſarum celebrationem & alia quamplurima; quæ ad terminandas multas lites inde exortas reducta ſunt ad ius commune & ad terminos Concilij Tridentini *per Bullã quam reffert Nauarrus in fine ſui Enchir.* Ex quo patet quam debile ſit fundamẽtum Gallemardi & aliorum quorumdam, dum *in ſuis notis ſupra Conc. Trid.* ſæpiſſime citant eiuſmodi declarationes, quarum multæ reprobatæ ſunt à ſummis Pontificibus; & in multis nec dies notatur nec annus, quia aliquæ ex illis commentitiæ ſunt & ſuppoſititiæ: Præterquamquod eiuſmodi Reſponſa non habent vim obligatoriam niſi authenticè conſtet ea à ſummo Pontifice eſſe confirmata, & vbi oportuerit publicata eſſe & recepta: Gallia vero tanquam Eccleſiæ filia primogenita & protectrix, nullas Declarationes vel Decreta vnquam admittit, ſi ipſis infriguntur Eccleſiæ Canones antiqui & recepti, *vt patet ex libellulo libertatum eius pag.* 8. Mirum eſt autem

quod prædictæ Declarationes quibus nituntur aduersarij, Turnoni in lucem editæ anno 1621. & Lugduni 1624. prodierint in Gallia absque vllius Episcopi Galli licentia, & sine vlla Doctorum gallicorũ approbatione (quasi nobis non sufficiant celeberrimæ nostræ Vniuersitates) cum sola approbatione & licentia quorumdam Doctorum & potestatùm hispanicarũ, ad solam vnius typographi galli diligentiam: qui *vt patet ex eius præfatione* totum hoc negotium est aggressus, & reiectis quamplurimis Illustrissimorũ Cardinalium Declarationibus, *sicut ipse fatetur, ijs scilicet quibus Iura Parochialia hic disputata firmabantur*, compilauit ex varijs authoribus quæ ipse dominus typographus compilanda esse iudicauit, vt publici iuris fierent: quod graui animaduersione dignum est, veluti contrarium Decretis Tridentinis & Constitutionibus Regijs.


Cætera quæ obiici solent, partim soluta sunt prioribus capitibus, partim soluentur in sequentibus. Debent interim meminisse Parochiani, nomen Parochiæ deductum à verbo παρέχειν quasi Parochia sit mutua exhibitio, dum sacerdos

miniſtrat ſacramenta ſpiritualia, & viciſſim pro victu & veſtitu dantur ei temporalia: in hac eadem ſignificatione ſed nobiliori modo hoc nomen accipit Cyrillus Hieroſol. dum *Catech.* 16. Spiritum ſanctum, magnũ Præſulem & gratiarũ Parochum id eſt exhibitorem vocat: Meminerint etiam fideles vnicuique dictum eſſe ab Eccleſiaſtico *cap.* 4. Preſbytero humilia animam tuam; Eſt confuſio adducens gloriam & gratiam; non confundaris confiteri peccata tua & ne ſubiicias te omni homini pro peccato: *et cap.* 17. in vnamquamque gentẽ præpoſuit Rectorem, non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere: Audiat etiam Parochus ſibi dictum eſſe *prou.* 27. diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera; non enim habebis iugiter poteſtatem, ſed corona tribuetur tibi in generatione & generationem: quamuis & hic locus de cura Epiſcopali ſuper vniuerſam Diæceſim explicetur *à Concilio Mediol.* 1.



CAPVT QVARTVM.

De diuino verbo frequenter in Parochia audiendo: De publicandis Indulgentijs & de Quæstoribus.



IRCA annum 60. *ex Can.* 57. *Apost.* Episcopus vel Presbyter qui Cleri vel populi curã non gerit & eos pietatem non docet, segregetur; & si in socordia perseueret deponatur. Ex quo facilè intelligimus tunc nullos creatos esse Sacerdotes nisi vt curam animarum haberent tanquam Episcopi vel Parochi; & omnes Ecclesias tunc Episcopales fuisse vel parochiales, sicut Paulus & Barnabas per singulas Ecclesias constituebant Presbyteros, *act.* 14. id est singulis singulos assignabant titulos

Post annũ 112. *ex epist.* 1. *Euaristi*: Episcopus prædicans diuinum verbum, septem habet Diaconos sibi assistentes.

Post annum 255. *ex epist.* 2. *Stephani primi*, Criminationes aduersus Doctorem nemo suscipiat, quia magis sunt Docto-

res

res portandi quam lædendi aut infamandi.

Anno 398. *ex Can.* 24. *Conc. Carthag.* 4. Sacerdote verbum faciente in Ecclesia, qui egressus de auditorio fuerit excommunicetur.

Anno 420. *ex Conc. Agatensi*, In Parochijs est legitimus ordinariusque conuentus: Ii quibus in agro oratorium habere permittitur, saltem in præcipuis festis interesse debent Parochiæ.

Anno 529. *ex cap.* 2. *Conc. Vasensis*, in omnibus Parochijs, Presbyteris datur potestas prædicandi: Quod si per seipsos non possint, Sanctorum Patrum homiliæ à Diaconibus recitentur.

Anno 633. *ex Conc. Nationali Toletano Can.* 25. Quando Presbyteri ordinantur. libellum officialem à suo Sacerdote accipiant, vt ad Ecclesias sibi deputatas instructi succedant, vt nimirum quid agere & quid alios debeant docere ipsi sciant.

Circa annum 773. *ex Carolo magno lib.* 6. *de leg. cap.* 173. fideles tenentur in omnibus odedire Presbytero, & ab eo doceri, pro quibus & Missa & ipse Sacerdos est institutus.

Anno 835. *ex Epist. Theodulphi Episcopi*

Aurelianensis ad fratres & Compresbyteros suos Aurelianensis Parochiæ Sacerdotes; per Missas priuatas nō debet populus à publicis Solemnitatibus abstrahi quin ad sanctam Matrem Ecclesiam conueniat, Missarum solemnia & prædicationem auditurus.

Anno 932. *Conc. Erpfordiense cum Rege sic statuit cap.* 3. Præcipimus vt nullus Christianus Ecclesiam pro reuerentia petendo ibique manendo, indeque reuertendo alicuius publicæ potestatis banno ibidē constringatur; ne scilicet populus à diuino verbo audiendo, vel ab orationibus publicis aut à participatione sacramentorum, timore banni retardetur.

Anno 1050. *ex Conc. Coyacensi, quarto titulo* statuitur vt omnes Archidiaconi & presbyteri vocent ad pænitentiam adulteros, fures, homicidas, maleficos &c. (hæc autem vocatio maxime fit per prædicationem) qui si pænitere noluerint separentur ab Ecclesia & à Communione.

Circa annum 1150. *floruit Gratianus ex cuius* 16. *q.*1. *can.* 4. Monachus non docentis sed plangentis habet officium, qui vel se vel mundum lugeat: *Can.*6. Monachi pascuntur, Clerici pascunt: *Can.* 11. Monachi etiam Religiosi à populorum

prædicatione cessare debent, nisi fortè quis de suæ animæ salute sollicitus, vt eorum habitum assumat eos intra claustrum consulat.

Anno 1180. *ex Conc. OEcumen. Lateran.* 3. Liberum est vnicuique vbi voluerit sepulturam eligere, dummodo tertia pars Iudicij sui, Ecclesiæ illi conferatur à qua cælesti pabulo est refectus; atqui iura funerum soluuntur Parochiæ; ergo Parochia est Ecclesia in qua populus cælesti pabulo reficitur.

Anno 1215. *ex Conc. OEcum. Lateran.* 4 *cap.* 10. Episcopi assumunt sibi cooperatores ad prædicandum: *cap.* 11. in qualibet Ecclesia Cathedrali debet esse vnus Theologus cuius officium est lectionibus & concionibus diuinum verbum explicare.

Anno 1251. *ex Conc. apud Castr. Gonter.* Nemo instituatur in Ecclesia Curata nisi loci illius intelligat & loquatur idioma: intelligat, pro confessionibus; & loquatur pro diuini verbi prædicatione.

Post annum 1294. *ex Constit. per Bonifacium Papam in vnum volumen redactis tit. de relig. domib. cap. vnico §. Confirmatos*, personis quoque ipsorum Ordinum omnino

interdicimus quoad extraneos, prædicationis & audiendæ Confeſſionis officium aut etiam ſepulturam; *vbi gloſſa ſic loquitur,* prædicare in aliena Parochia non licet, niſi licentia habita à Rectore *can. Cum ex iniuncto de hæret. tit. de ſepult. extrauag.* 2. Regulares non debẽt prædicare eadẽ hora qua locorum Prælati prædicare voluerint vel coram ſe facere ſolemniter prædicari, in Eccleſijs Parochialibus non prædicent niſi de Rectorum conſenſu.

Anno 1303. *ex Conſtit. Benedicti* 11. *extrauag.*1. *de priuileg. in com.* priuilegiati non poſſunt in Eccleſijs Parochialibus concionari inuitis Rectoribus.

Anno 1311. *ex Conc. OEcum. Viennenſi tit. de pænit. & remiſſ.* Quæſtoribus Eleemoſynarum etiam ſi ſint priuilegiati prohibetur concionari vel publicare indulgentias.

Anno 1318. Cruciferorum Ordini Ioannes 22. concedit vt officio prædicationis fungantur ſaluo iure Parochiali.

Circa annum 1428. *ex Ioan. Gerſon. conſid.*13. *de poteſt Eccleſ.* ius prædicandi competit Prælatis & Curatis principaliter & eſſentialiter, Mendicantibus autem non niſi per accidens & ex priuilegio.

Anno 1448. *ex Conc. Turonensi cap.* 17. Indulgentiæ non possunt populo exponi nisi de consensu Diæcesani.

Anno 1473. *ex Conc. Toletano.* nec Regularibus nec secularibus licet prædicare sine licentia Diæcesani.

Anno 1536. *ex Conc. Coloniensi part.* 4. *cap.* 6. ordinarij verbi ministri sunt Parochi; *cap.* 7. Religiosi sunt Parochorum cooperarij in verbi ministerio: *cap.* 10. abusus est quãdo Parochi iurant se mendicantes ad verbi ministerium perpetuo admissuros: *cap.* 11. Regulares non admittuntur ad concionandum quin serio promittãt Synodalibus institutis obtemperare: *cap.* 12. & quoad hoc ordinariæ iurisdictioni subijciuntur: *cap.* 18. Monachorum Ecclesiæ Parochiales per seculares Sacerdotes sunt gubernandæ: *part.* 7. *cap.* 2. Parochus sub administrationem cuiuslibet Sacramenti, sacra concione populum breuiter admoneat quid ea in re agatur: *cap.* 24. Ne populus ab auditione diuini verbi distrahatur, aliæ Missæ præter Parochialem non nisi post concionem sunt celebrandæ: *part.* 14. *cap.* 15. de vitijs quibus Parochiani vel maximè assueuerint, inquisitio est facien-

da vt per Viſitatores verbo diuino ab his populus auocetur.

Anno 1549. *ex Conc. Moguntino cap.* 57. Concionis tempore nulla ſunt celebranda ſacra.

Anno 1557. *ex Conc. Pariſienſi*, Quæſtores ne prædicent nec reliquias exhibeant populo.

Anno 1560. *ex Conſtit. Aurelian. Caroli* 9. *art.* 8. In quauis Eccleſia Cathedrali ſit vnus Theologus qui concionetur & ſacram ſcripturam ter ſaltem in hebdomada publice legat; aſſiſtant autem Canonici ſub pæna priuationis diſtributionum ſuarum.

Anno 1563. finitum eſt. Conc. Trid. *ex cuius ſeſſ.* 5. *cap.* 2. Regulares extra Eccleſias ſuorum ordinum prædicare non poſſunt ſine licentia Diæceſani; nec etiam in Eccleſiis ſuorum ordinum niſi Epiſcoporum benedictione prius petita *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. Moneat Epiſcopus populum diligenter, teneri vnumquemque Parochiæ ſuæ intereſſe vbi commode id fieri poteſt, ad audiendum verbum Dei: ijſdē diebus explicanda ſunt pueris rudimenta fidei. Nullus autem ſecularis ſiue Regularis, etiam in Eccleſiis ſuorum ordinum,

ntradicente Episcopo prædicare præ-
mat.

Anno 1565. *ex Conc. Mediol.* 1. Parochi
ngulis diebus dominicis & festiuis do-
cant catechismum.

Anno. 1566. & seq. *ex declarat. Pij* 5.
Quæstuarij prædicatores tollũtur: Pa-
ochiales Ecclesiæ non nisi examinatis
onferuntur, vt scilicet constet an sint ca-
aces docendi.

Anno 1573. *ex Conc. Mediol.* 3. Ne patia-
ur Parochus cuiusuis ordinis Regulares
ntra fines suæ Parochiæ, etiam in Eccle-
siis suorum ordinum concionari nisi ex
scripto testimonio ei constet eos licen-
tiam vel benedictionem Episcopalem
petijsse, iuxta formam Conc. Tridentini.

Anno 1579. *ex Conc. Mediol.* 5. Nulli se-
culari vel Regulari etiam exempto, liceat
in suis Ecclesiis vel aliis, pretextu cuius-
cumque priuilegij Apostolici Indulgen-
tias publicare, nisi Episcopi accedat au-
thoritas.

Anno 1580. *ex Const. Henrici* 3. prohi-
betur iudicibus Laïcis ne vllum Concio-
natorem committant vel manuteneant,
nisi eum qui missus sit ab Episcopo aut
alijs quibus id de iure competit.

Anno 1581. *ex Conc. Rotomagensi*, Missi Regulares tenentur licentiam suam exhibere Curatis & cum ipsis de correctione populi, prædicationis ædificatione atque hora & loco conuenire.

Anno 1582. *ex Conc. Mediol.* 6. Nulli Cōcionatori etiam eleemosynæ causa licet seipsum commendare.

Eodem anno 1582. *ex Conc. Burdegal.* Cap. 20. Nullus secularis vel Regularis publice ad populum verba facere de Religione audeat, nisi ab Episcopo facultatem & mandatum habeat in scriptis.

Anno 1583. *ex Cōc. Remensi*. diebus Dominicis ac populo festiuis dum in aliqua Ecclesia fit concio, nulla Missa debet in ipsa celebrari.

Anno 1584. *ex Conc. Bituricens.* Parochi debent prædicare populo singulis diebus Dominicis & festis, aut concione publica aut saltē inter Missarum solemnia, vel homilias ab Episcopo præscriptas vernacula lingua recitare.

Anno 1585. *ex Synod. Aquensi*, Parochi quin diebus festis mane suo muneri prædicando satisfaciant, non impediantur à Regularibus etiam ab Episcopo Missis; qui post prandium poterunt concionari, licentiam

licentiam suam ipsis Curatis prius exhibentes. Tempore concionis nec Missa celebrari nec Baptism⁹ debet ministrari.

Anno 1590. *ex Conc. Tholosano*, Quo tempore festiuis diebus habetur concio in Ecclesia Cathedrali aut Parochiali, nullæ in confraternitatibus ceremoniæ nulla sacra peragantur.

Anno 1596. *ex Conc. Aquileiensi*, Non sufficit Prædicatoribus regularibus obedientias suas per internuntios Episcopis mittere pro licentia, sed debent personaliter esse præsentes.

Anno 1624. *ex Conc. Burdegal. cap.* 1. *art.* 11. In qualibet Parochia erigantur confraternitates doctrinæ Christianæ, *cap.* 2. *art.* 1. per totam Diæcesim mittãtur prædicatores extraordinarij publicis Cleri expensis. *cap.* 9. *art.* 13. Doctoris Theologi lectionibus intersint Canonici Cathedrales & Collegiati sub pæna priuationis distributionum illius diei pauperibus erogandarum. *cap.* 11. *art.* 5. Priuilegium de non residendo minimè concedatur studentibus, nisi in vtilitatem Ecclesiæ speretur id esse cessurum: *cap.* 12. *a.* 4. Reijciantur quæstores eleemosynarij ne per se vel per alios prædicent; nec

E.

admittantur hoſpitalarij alijue qui colligendæ eleemoſynæ gratia certas indulgentias circumferunt publicandas: *art.* 10. ſingulis Dominicis & feſtis ſolemnibus habeatur concio in Parochiali Eccleſia eique teneatur populus intereſſe.

Anno 1625. *ex declaratione Congregationis generalis habitæ Pariſijs art.* 11. Quoties in Eccleſijs Regularium concionandum erit temporibus Aduentus & quadrageſimæ & in Octauis ſanctiſſimi Sacramenti; Electio concionatoris ad Diæceſanum pertinet; ſicut & alio quouis tempore quoties Epiſcopus coram ſeipſo prædicari volet in eiſdem Eccleſijs.

Pauca hæc e multis ſufficient ad probandum in Parochijs prædicandum & audiendum eſſe diuinum verbum: qua de re videtur loquutus Dauid *pſal.* 101. vt annũtient in Sion nomen Domini & laudem eius in Hieruſalem, in conueniendo populos in vnum *Ierem.* 3. Dabo vobis Paſtores iuxta cor meum & paſcent vos ſcientia & doctrina: *Eſaiæ* 58. Clama ne ceſſes, annuntia populo meo ſcelera eorum: *Ezech.* 34. greges paſcuntur à Paſtoribus: *Ioel.* 2. Congregate populum ſanctificate Eccleſiam: Væ itaque il-

lis qui coaceruant ſibi magiſtros prurientes auribus. Non immerito Curiones aliquando dicti ſunt præcones, vt apud Euſebium, Miſſo Curione ad populum iubet voce maxima proteſtari Polycarpũ tertio confeſſum ſe eſſe Christianum: hoc ſenſu Curiones noſtri ſunt Præcones diuini verbi. Sunt qui Parochum ſumãt pro auſpice nuptiarum ſeu Paranympho, qui vel amicitia vel ſanguine eſſet coniunctiſſimus, vel cui ob dignitatem plurimum defferrent à verbo παροχεῖσθαι eo quod in curru nuptiali vna cum ſpõſo & ſponſa intermedia veheretur ſecũdum morem Græcorum ex Pauſania: atque ita Parochi noſtri ſunt Paranymphi nuptiarum ſpiritualium inter Chriſtum & Eccleſiam, inter Spiritum ſanctum & animam fidelem, per diuini verbi & Sacramentorum adminiſtrationem.

Obijciunt quidam regulares, ſibi à ſummis Pontificibus conceſſa eſſe multa priuilegia, maximè quoad prædicationẽ diuini verbi. Reſpondeo non ideo priuilegiatos eſſe ſeculares vt ſemper abſint à Parochiali concione, tum quia hoc eſſet contra ſcripturam ſacram & contra Decreta Eccleſiæ ſuperius citata; tum quia


res definita eſt *à Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap.* 4. vbi per monitionem Epiſcopalem non inducitur ius nouum, ſed monetur populus de eo ad quod iam antea tenebatur, nempe audire diuinum verbum in Eccleſia Parochiali diebus Dominicis & feſtiuis, quãdiu id commodè fieri poteſt. *anno* 1574 *& ſequentibus ex Conſtit. Gregorij* 13. Priuilegia ordinis Ciſtercienſis confirmantur quatenus ſacris Canonibus & Decretis ſacri Concilij Tridentini non aduerſentur: Cum eadem clauſula *an.* 1575. firmantur Priuilegia Franciſcanorum, fratrum de Obſeruantia, ac S. Claræ, & tertij Ordinis de pænitentia: hæc eadem reſtrictio appoſita eſt in Priuilegijs Monachorum Ordinis ſancti Benedicti *anno* 1577. *&* 1579. ac in priuilegijs Congregationis ſancti Hieronimi Ieſuatorum 1578. Item in Priuilegijs fratrum & Monialiũ diſcalceatorũ de monte Carmelo *anno* 1580. Sicut & omnia iuramenta Decretis eiuſdem Concilij contraria idem ſummus Pontifex reprobat *anno* 1584. quo eodem anno declarauit fratres militiæ ſancti Ioannis Hieroſolymitani licet exemptos, viſitari tamen reformari & corrigi poſſe ab ordi-

narijs, in eis quæ ad animarum curam pertinent, qualis eſt Sacramentorum adminiſtratio, & prædicatio diuini verbi. Ex quibus patet quod priuilegia nobis obiecta (ſi quæ talia fuerint) reducta & reſtricta ſunt ad terminos Concilii Tridẽtini tum in hac materia tum circa confeſſionem annuam Parocho faciendam, tum circa Miſſæ Parochialis auditionem & quoad alia omnia.



CAPVT QVINTVM.

De Missa Parochiali audienda, De Prono, De Denuntiationibus, De Processionibus, Benedictionibus panis & aquae, oblationibus & alijs quae in Parochiali Templo fieri solent.



NNO 93. *ex epist. 3. Clementis*, Nullus Presbyter missam celebret in sua Parochia nisi volente Episcopo, nec nisi in loco quem Episcopus proprius statuerit vel consecrarit.

Circa annum 140. *ex Decret. Sixti Papae*, Presbytero actionem Missae incipiente populus cantat Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabahot.

Post annum 158. *ex Constit. Pij primi*, de oblationibus populorum in panibus fiunt Eulogiae cum benedictione, omni die dominico & diebus festiuis, pro ijs qui communicare non fuerint parati.

Anno 197. *ex Tertul. in Apologetico cap.* 39. Coimus in caetum & Cōgregationem vt ad Deum quasi manufacta precatio-

nibus ambiamus orantes; hæc vis Deo grata eſt: Oramus etiam pro imperatoribus, pro miniſtris eorum & poteſtatibus, pro ſtatu ſæculi: ibidem exhortationes, caſtigationes & cenſura diuina: ſummumque futuri iudicij præiudicium eſt ſi quis ita deliquerit, vt à communicatione orationis & conuentus & omnis ſancti Commercij relegetur: Cœna noſtra vocatur ἀγάπη, inopes refrigerio iſto iuuamus: non prius diſcumbitur quam oratio ad Deum prægustetur: ita ſaturantur vt qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum ſibi eſſe: poſt aquam manualem & lumina vt quiſque de ſcripturis ſanctis vel de proprio ingenio poteſt prouocatur in medium Deo canere: cum pij cum caſti congregantur non eſt factio dicenda ſed Curia.

Poſt annum 227. *ex epiſt. Decret. Vrbani* I. oblationes fidelium non debent in alijs vſibus quàm Eccleſiaſticis & Chriſtianorum fratrum egentium conuerti, quia vota ſunt fidelium & pretia peccatorum ac patrimonia pauperum.

Poſt annum 238. Decretum eſt *à Fabiano Papa* vt in omnibus Dominicis diebus, altaris oblatio ab omnibus viris &

mulieribus fiat tam panis quam vini, vt per has immolationes à peccatorum suorum facibus liberentur.

Circa annum 259. *ex D. Cypriano epist.* 66. Non debet pro eo offerri sacrificium qui moriẽs voluerit Sacerdotem suorum esse Tutorem aut Curatorem in temporalibus.

Post annum 272. *ex Decreto Fœlicis* I. Missæ celebrantur super sepulchra & memorias Martyrum.

Circa annum 299. in persecutione Diocletiani, martyrium passa sunt viginti millia Christianorum, qui 25 die Decembris pro celebrando festo Natiuitatis Domini in Dominicum seu ad templum principale & Parochiale conuenerant, ibique simul comburi maluerunt quam idolis sacrificare, *ex Baron. in martyrol. ad prædictum diem.*

Post annum 304. Cum maior in dies singulos ex gentilibus ad Ecclesiã accessio fieret, Marcellus in 25 titulos seu Paræcias totam vrbem Romam diuisit, easque publicæ commoditati consecrauit, *ex lib. Pontif. Damasi Papæ.*

Anno 305. Conc. Eliberitanum *in Hispania sub Marcello habitum cui præsidebat*

Epis-

Episcopus Auxitanus sic statuit*Can.*21.si quis in ciuitate positus per tres Dominicas Ecclesiam non accesserit, pauco aut tanto tempore abstineat vt correptus esse videatur.

Post annum 311. *ex Decreto Melchiadis Papæ,* panis fermentatus ab Episcopo benedictus, à Parochis in symbolum Catholicæ vnionis ac communionis certo tempore fidelibus distribuitur ijs scilicet qui Eucharistiæ non communicarunt.

Post annum 314. *ex Conc. Laodiceno can.* 14. Prohibetur ne in festo Paschatis transferantur Eulogiæ Parochiales: *can.* 28. non licet in locis Dominicis seu Ecclesijs Agapen facere & intus manducare vel accubitus sternere: *can.* 32. Non oportet ab hæreticis Eulogias accipere, quia sunt maledictiones potius quam benedictiones.

Anno 325. *ex viginti Canon.Nicæni Conc.* 1. *vniuersalis per Gentianum heruetem can.* 20. Vt omnia similiter in omni Parochia seruentur, die dominico & diebus Pentecostes, orantes non genuflectunt.

Circa idem tempus *ex Conc. Gangrens.can.* 5. si quis docet domum Dei esse contemnendam, & quæ fiunt in ea Con-

E 5

gregationes συνάξεις; sit anathema.

Circa annum 340. *Ex D. Athanasio Apolog.* 2. Calix mysticus apud eos solos inuenitur qui Ecclesiarum Curam habēt (ecce Parochos) ad quos solos pertinet sanguinem Iesu Christi distribuere.

Anno 402. *ex cap. 5. epist. 1. Decret. Innocentij primi*, Presbyteri pro plebe sibi intra ciuitatem credita, fermētum ab Episcopo sacratum accipiant in signum vnionis: in alijs vero Parochijs Presbyteri horum sacramentorum conficiendorum ius habent & licentiam.

Anno 420. *ex Conc. Agatensi*, In Parochijs est legitimus Ordinariusque conuentus.

Circa annum 423 floruit D. Augustinus *ex cuius sermone* 251. die Dominica nemo abesse debet à Missæ sacrificio; & iure antiquissimo synaxim facere, erat in vnum congregari populum ad audiēdum sacrum & ad communicandum *ex eod. D. August. in Breuic.* Quod certè numquam fieret, si semper omnibus liberum esset huc illucque vagari pro libito ad audiēdam Missam, quasi si sub vexillis alienis propriæ militiæ desertor militaret. Harum conuocationum in vnaquaque

Parochia fructus vel ex eo solo patet, quod precum publicarum ex obedientia quam priuatarum ex libito, multo maius est meritum & maior efficacia.

Post annum 440. *ex epist.* 81. *Leon.* 1. si in festis maioribus maiori populorum Congregationi non sufficiat vna Missa, celebranda est etiam alia.

Anno 506. *ex Conc. Agatensi can.* 18. seculares qui in Natali Domini, Pascha & Pentecoste non communicauerint, Catholici non credantur; & ciues qui tribus illis festiuitatibus cum Episcopo interesse neglexerint, triennio à Communione priuentur Ecclesiæ, *ex can.* 63. *can.* 47. Seculares qui die Dominico e Missa ante benedictionẽ Sacerdotis egredi præsumunt, ab Episcopo publice confundantur.

Anno 507. *ex Conc. Aurelianensi can.* 27. Nulli Ciuium Paschæ, Natalis Domini, vel quadragesimæ solemnia liceat in villa celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

Anno 524. *ex can.* 3. *Conc. Ilerdensis*, si ex laïcis quisquam à se factam basilicam cõsecrari desiderat, nequaquam eam sub Monasterij specie vbi Congregatio non

vel regula ab Episcopo non constituitur à Diæcesana lege audeat segregare.

Anno 563. *ex Conc. Bracar. can.* 1. vnus atque idem psallendi ordo in matutinis vel vespertinis officijs teneatur, & non diuersæ ac priuatæ neque Monasteriorū consuetudines cum Ecclesiastica regula sint permixtæ: *can.* 18. corpora defunctorum nullomodo in basilica sanctorum sepeliantur.

Anno 570. *ex Conc.* 2. *Turonensi cap.* 3. Corpus Christi Domini super altare collocatur sub titulo crucis: *cap.* 4. Non licet laïcis iuxta altare esse cum Clericis dum celebratur sacrum, neque vigiliarum tempore.

Anno 572. *ex Conc. Bracarensi can.* 2. 3ª pars oblationum in Ecclesijs Parochialibus quæ olim reseruata fuerat Episcopo, hic pro luminaribus Ecclesiæ vel recuperatione seruatur, ita tamen vt singulis annis Episcopo inde ratio fiat.

Anno 588. *Conc. Matisconensis can.* 4. est de oblationibus in omnibus Dominicis diebus à populo faciendis.

Anno 590. *ex Conc. Antissiodor. can.* 19. Non licet Presbytero, Diacono aut subdiacono post acceptum cibum vel po-

culum in Ecclesia stare dum Missæ dicuntur.

Anno 692. *ex Conc. Constantinopol. quinisexto (quod antiquitatis tantum causa in commendationem diei Dominicæ hic profero)* Die Dominica Deus lucem condidit, manna pluit, Christus natus, stella Magis refulsit, de quinque panibus & duobus piscibus quinque millia hominum pauit, à Ioãne baptisatus est, surrexit à mortuis, & Spiritum sanctum misit.

Anno 773. *ex Epitome Canon. quos Adrianus Papa Carolo magno obtulit Romæ*, Ministri altaris facta oblatione communicent; si quis Ecclesiastica ministeria extra Ecclesiam temere vsurpauerit Anathema sit: Ne Eulogiæ id est oblatæ ad alias Parochias destinentur: solis sacris Ministris liceat iuxta altare communicare: Non liceat in Ecclesijs Agapen fieri vel accubitus sterni; ne quis Eulogias ab hæreticis suscipiat: ne fæminæ ingrediantur ad altare: vt panis benedictionis in quadragesima non offeratur nisi in Sabbatho vel in Dominica: petendum ab Imperatore vt prohibeat spectacula theatrorum in diebus Dominicis & alijs sanctorum festis.

Anno 813. *ex cap.19. Conc.Cabilonensis*, Decimæ debentur vbi infantes baptisantur & vbi per totum anni circulum Missæ audiuntur, id est in Parochia.

Eodem anno *ex cap.36. Conc. Moguntiac.* Celebrandæ sunt etiam à populo festiuitates Martyrum vel Confessorum quorum in vnaquaque Parochia, sancta corpora requiescunt.

Anno 829. *in Conc. Parisiensi lib. 2. cap.* 11. multis scripturæ sacræ locis probatur frequenter conueniendum esse ad principalem Ecclesiam orandi gratia: *lib. 3. cap.5.* diei Dominici dehonoratio & à religione Christiana valde abhorret & suis violatoribus animarũ periculum proculdubio generat.

Anno 835. *ex epist.Theodulphi Episc. Aurelian. ad Compresbyteros suos Aurel. Paroch. Sacerd.* per Missas priuatas non debet populus à publicis Solemnitatibus abstrahi quin ad sanctam Matrem Ecclesiam conueniat Missarum solemnia & prædicationem auditurus.

Post annum 858. *ex Decret.Nicolai primi*, Nullus Missam audiat Presbyteri quem scit concubinam indubitanter habere aut subintroductam mulierem. *Can. Nullus*

*dist.*32. Nulla ædificia in atrio Ecclesiæ ponantur, nisi tantum Clericorum 22. *q.* 1. *can. Nulla*: Maior Ecclesia per circuitum quadraginta passus habeat, Capellæ vero vel minores Ecclesię triginta, 37. *q.* 4. *can. sicut antiquitas.*

Circa annum 895. *ex cap.* 1. *Conc. Nannetensis,* Nullus Presbyter alterius Parochianum ad Missam recipiat Dominicis & festis diebus proprio cõtempto Parocho, hic enim ab Ecclesia est abijciendus & & ad suam Ecclesiam Parochialẽ redire compelli debet, 9. *q.* 2. *can.* 4. *Et in decretal. tit. de Paroch. cap.* 2. *ex cap.* 9. *eiusdem Concilij* diebus festiuis dãtur Eulogiæ seu panis benedictus populo qui non communicauerit.

Anno 932. *Conc. Erpfordiensis, cap.* 2. placita secularia Dominicis vel alijs festis diebus seu etiam in quibus legitima ieiunia celebrantur, minimè fiant.

Circa annum 1084. D. Anselmus *in cap.* 7. *epist. ad Hebræos* docet, quod Presbyteri quotidie offerunt Deo panem & vinum pro salute fidelium & panis ac vinum fiunt corpus & sanguis Christi ac vitam æternam conferunt dignè suscipientibus.

Anno 1180. *ex Conc. generali Lateran.* 3. *cap.* 23. Leprosi priuatam Ecclesiam & cœmeterium habere possunt, caueant tamen vt iniuriosi veteribus Ecclesijs de iure Parochiali nequaquam existant.

Anno 1212. *ex Synodo Galonis & Simonis legat.* In præcipuis festis & ieiunijs reliquiæ non traduntur ad iurandum super eis: diebus Dominicis & festis annalibus non debet publicè celebrari in prioratibus & Capellis nisi post Missam Parochialem.

Anno 1266. *Arresto Curiæ Parisiensis*, Rex passus est se condemnari ad soluendam Parocho suo Decimam ex fructibus in horto suo excrescentibus.

Anno 1303. *ex Constit. Benedicti* 11. *extrauag.* 1. *de priuileg. in Comm.* Regulares priuilegiati de funeralibus medietatem soluere tenentur Ecclesiæ Parochiali; præterea sibi confitentes monere debent & inducere vt de proprijs bonis suis Parochiali Ecclesiæ competenter relinquant & quæ eis debent Parochialia iura reddant.

Anno 1311. *ex Conc. OEcum. Viennensi tit. de baptismo*, Baptismus ministrandus est tantum in Ecclesia, nisi vrgeat necessitas

in

in contrarium vel nisi Regibus aut Principibus sit aliud ex priuilegio concessum.

Eodem anno 1311. *ex Conc. Rauennat. rubr.* 9. Monemus omnes & singulos Parochianos quod saltem in diebus Dominicis audiant Missam integram in sua Parochiali Ecclesia, à qua prius non recedant quàm benedictionem post Missam receperint, & quicumque contra fecerit, tertiò admonitus excõmunicationis sententia percellatur: *ex rubr.* 15. Doceant Parochi eos peccare mortaliter qui non seruant Decretalem, omnis vtriusque, quoad Confessionem & Communionem.

Circa annum 1332. Ludolpus Cartusianus 1. *parte vitæ Christi cap.* 43. docet Missam ad legem naturæ, diuinã & Euangelicam pertinere, eosque peccare mortaliter qui eam ex præscripto Ecclesiæ non audiunt.

Anno 1336. *ex Conc. apud Castrum Gõter.* In Capellis nobilium in quibus ipsi ex priuilegio semper audiunt Missam, debẽt sexies in anno publicari ea quæ denuntianda fuerint, à Parocho vel ab altero de eius licentia.

Anno 1367. *ex Synod. Aymerici Pictauien. Episcopi,* in Prioratibus eleemosynarijs vel

Capellis non est celebranda Missa diebus Dominicis & festiuis annalibus, nisi post Parochialẽ, quam Parochiani sub pœna excommunicationis audire tenentur.

Anno 1387. *ex Simone Pictau. Episcopo in Syn.* Ecclesiasticæ sepulturæ tradendus non est qui casu moritur sine cõfessione, nisi super hoc habeatur consilium & licentia Diæcesani, vel nisi die Dominica præcedenti Missam audierit in sua Parochia.

Anno 1404. *ex Conc. Lingon.* de ijs qui eligunt sepulturam apud fratres mendicantes, debetur Parochiæ quarta portio de omnibus funeralibus & de omnibus relictis ad quoscumque vsus certos vel incertos: Nullis confratrijs debent impediri Parochiarum diuina officia.

Anno 1409. exortus est in Gallia ingens tumultus ob bullam Alexãdri quinti, qua iurium Parochialium magna fiebat diminutio in fauorem Regularium: quæ bulla proinde modificata est atque restricta vt suum cuique ius conseruaretur *ex annal. Gall. ad præd. ann.*

Anno 1427. *ex Conc. Trecensi*, Qui per tres dies Dominicos abest à Missa Parochiali, denuntietur Promotori, puniẽdus.

Anno 1473. *ex Conc. Toletano.* Nemini licet seruilia opera facere diebus festis, nisi vrgente necessitate vel euidenti pietatis causa, & hoc de licentia sui Sacerdotis.

Anno 1478 *ex Constit. Sixti* 4. Iure cautũ est Parochianos teneri audire Missam in eorum Parochiali Ecclesia diebus festiuis ac Dominicis; & mendicantibus prohibetur prædicare contrarium sub excommunicationis latæ sentẽtiæ pæna.

Circa annum 1515. *ex Conc. Lateran. sub Leone* 10. Non licet Religiosis die Sabbathi sancti pulsare campanas nisi post Matricem Ecclesiam.

Anno 1524. *ex Conc. Senonensi*, Nemo præsumat Missam dicere ante Parochialem nisi de licentia Parochi: Qui vero ab ea absunt tribus diebus Dominicis continuis, denunciandi sunt Promotoribus vt puniantur.

Anno 1526. *ex Conc. Carnotensi.* Nemo Missam dicere præsumat ante Parochialem nisi de licẽtia Parochi diebus Dominicis, festis B.M.V. & alijs annalibus, &c. nisi fortè in Capellis leprosarijs, domibus Dei, &c. aliquis celebrare voluerit in secreto non pulsatis campanis, & excluso

populo Parochiali: dantur 20 dies Indulgentiarum orantibus in prono Parochiali pro Papa pro Rege, &c. Missa alicuius confratriæ conuerti potest in primam Matutinalem Parochialem, si aliter prouideri non possit, vt seruitores & ancillæ eidem intersint ac mandata Dei & Ecclesiæ intelligant. Qui tribus continuis Dominicis à Missa Parochiali absuerint denuntientur Curiæ officialatus.

Anno 1528. *in Conc. Senonensi cap.* 12. & 15. idem statuitur.

Anno 1536. *in Conc. Coloniensi part.* 7. *cap.* 24. idem præcipitur.

Anno 1549. *ex Conc. Mogunt. cap.* 57. Neque concionis neque Missæ solemnis tempore celebranda sunt alia sacra.

Anno 1557. *ex Conc. Parisiensi*, Missas diebus festis ante solemnem supremamque Missam quam Parochialem dicimus non abrogamus, modo & supplicationes & præceptorum Dei enumerationem & processionem non impediant: Qui tribus Dominicis continuis à Missa Parochiali absuerint denuntientur Promotori vt puniantur.

Anno 1563. *ex Conc. Tridentino sess.* 22. *in Decreto de obseruandis*, vago & ignoto

Sacerdoti Missas celebrare non liceat: ab Ecclesijs seculares omnes actiones sunt arcendæ, vana etiam atque adeo prophana colloquia, deambulationes, strepitus & clamores: præterea Ordinarij locorum moneant populum vt frequenter ad suas Parochias, saltem diebus Dominicis & maioribus festis accedant; quæ omnia & quæcumque alia ad Missarum celebrationem pertinentia prædicti Ordinarij pro data sibi à sacrosancta Synodo potestate, ac etiam vt delegati sedis Apostolicæ prohibere possunt, mandare, corrigere, statuere atque ad ea inuiolate seruanda censuris Ecclesiasticis alijsque pænis quæ illorum arbitrio constituentur, fidelem populum compellere, nonobstantibus priuilegijs, exemptionibus, appellationibus ac consuetudinibus quibuscumque: eam autem ob causam Concilium prius vtitur verbo Monendi, quia sententiam excommunicationis in contumaces debet præcessisse trina Monitio. Quidquid vero obijcitur ab aduersarijs ex quibusdã declarationibus Congregationis Cardinalium, solutum est supra cap. 3. obiectione 4.

Anno 1573. *ex Conc. Mediol.* 3. In Ec-

clesijs quæ intra Parochialis Ecclesiæ fines sunt, Dominicis & festis diebus nullũ fiat sacrum nisi absoluta Parochi concione, vel nisi Parochus id ante fieri permittat.

Anno 1576. *ex Conc. Mediol.* 4. Si Missa auroræ populum à Parochiali sacro auocet, debet Episcopus prioris illius horam immutare: Missæ sacrificium cum in processionibus celebrandum erit, id à Capitulo Cathedrali vel per Diæcesim à Clero primariæ secularis Ecclesiæ fiat.

Anno 1579. *ex Constit. Blesen. Henrici* 3. *art.* 50. Quota pars decimarum soluenda est secundum consuetudinẽ prescriptam, numquam tamẽ pro libito nec ad discretionem proprietarij: *art.* 51. Omnibus Parochis conseruanda sunt sua iura in oblationibus & alijs quibuscumque.

Anno 1581. *ex Conc. Rotomagensi*, ad Parochiale officium & seruitium perficiendum Parochi & omnes Presbyteri Ecclesiæ illi adscripti, sicut & omnes Paræciani ad illud audiendum obligantur: Parochus notat absentes à diuino officio diebus Dominicis & festiuis aut alio modo festa violantes, vt contumaces excommunicatione feriantur: Presbyter in alia

Missa quam Parochiali, aquam & panem benedicens sit suspensus à diuinis: Inhibemus in Dominicalibus fratriarum Missis aquam & panem benedici aut conciones haberi, sed ea seruari Parochiali Missæ à qua populos auertunt.

Anno 1582. *ex Conc. Burdegal. cap. 5.* dū publica & Parochialis Missa celebratur, nullum aliud sacrum fiat in eaden Ecclesia: Eorum quæ ad prophanam & secularem negotiationem pertinent proclamationes in Ecclesia non fiant: Nulli ante datam a Sacerdote benedictionem discedere liceat a Missa: Vetus illud Decretum identidem denuncietur à Parochis, quo proposita excommunicationis pænà præcipitur, ne quis tribus continuis Dominicis à Parochialis Missę celebratione absit.

Anno 1583. *ex Conc. Turon.* In quibusdam Ecclesijs dicendæ sunt düæ Missæ Parochiales, prima hora 6. maior hora 9. pænas a sacris Canonibus indictas incurrunt qui tribus Dominicis continuis à Missa Parochiali absunt. Missa maior & vesperæ in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesijs ac in Monasterijs non nisi post Parochiale officium celebrentur. In Ec-

clesijs Mendicantium & aliorum Monasteriorum non debet fieri solemnis benedictio aquæ vel panis, ne Parœciani à suis Missis Parœcialibus reuocentur.

Eodem annò 1583. *ex Conc. R.menſi.* fraternitatum Societates ne fiant diebus Dominicis hora Missæ Parochialis.

Anno 1584. *ex Conc. Bituricenſi*, Excommunicentur qui per tres hebdomadas à Missa Parochiali absunt sine Episcopi aut Curati licentia.

Anno 1585. *ex Synod. Aquenſi*, Ad seruitium Parochiale perficiẽdum Parochi & omnes Presbyteri qui eidem Ecclesiæ sunt adscripti, sicut omnes Parochiani ad illud audiendum obligantur.

Anno 1590. *ex Conc. Toloſano*, Quo tempore festiuis diebus diuina celebrantur aut habetur concio in Ecclesia Cathedrali aut Parochiāli, nullæ in confraternitatibus ceremoniæ nulla sacra peragantur.

Anno 1592. *ex Conſtit. Clem.* 8. licet quidem diebus festis Missam audire in Ecclesijs regularium, sed ibidem additur, Dummodo id non fiat in contemptum Ecclesiarum Parochialium; ideoque præcipitur Regularibus frequenter in concionibus

concionibus populum adhortari ad reuerentiam Parochorum, ad eorum Missas præsertim Dominicis & alijs solemnibus festis audiendas & ad Decimas aliaque iura Parochialia persoluenda.

Anno 1603. *ex Edicto Henrici* 4. Patres Societatis Iesu nihil nisi secundum ius commune agere possunt cõtra iura Episcoporum & Rectorum.

Anno 1624. *ex Conc. Burdigal. cap.* 3. *art.* 3. sub excommunicationis pęna pręcipitur, ne quis tribus diebus Dominicis continuis, absit à Missa Parochiali, contrarium docens aut consulens, suspensionem & interdictum incurrit ipso facto per totam prouinciam à diuinis officijs arcendus: *art.* 4. diebus festis & Dominicis tenentur fideles audire sacrum sub pœna peccati Mortalis; Qui contrarium docuerint puniantur ab Ordinarijs.

Anno 1625. *ex declarat. Congreg. gener. Parisijs habitæ, art.* 2. tenetur populus saltem vno ex tribus Dominicis diebus assistere Missæ parochiali; prohibetur Regularibus contrarium docere vel consulere; quibus etiam interdicitur ne prædicent in suis Ecclesijs aut processiones faciant aut Congregationem teneant, quan-

diu celebratur Parochialis Missa : *art.* 37. serui & alij quicumque extra clausuram Monialium degẽtes etiam si de ipsarum familia esse censeantur, obligãtur ad omnia iura Parochialia.

Pauca hæc è multis sufficient ad confirmanda iura Parochialia in processionibus, benedictionibus, oblationibus, alijsque tum spiritualibus tum temporalibus; maximè vero ad probandam veterem illam consuetudinem audiendi Missam in Parochia sub pœnà excommunicationis à Conc. Eliberit. proposita anno 305. & deinceps seculis omnibus continuata: Hincque videtur deductum nomen Curionum, Nam ex Vlpiano Κυρία est dies ad comparẽdum præscriptus; ex Suida est ipsamet conuocatio Κυρία ἐκκλησία. Contumax ergo ille est qui iure ipso ad talẽ diem citatus, absque iusta causa vult esse absens à sua Curata Ecclesia. Vel etiam hoc nomen ad fideles distribuendos quasi in classes quasdam videtur esse impositum, sicut Romani olim diuisi sunt in tringinta Curias seu regiones vrbis, quibus præfecti, erãt totidem Curiones: A voce Κυρία factum est Κυριακόν id est Dominicum seu domus Domini; & Do-

minicum celebrare apud patres antiquiores nihil erat nisi sacrificium offerre *ex Pamelio in epist. 63. D. Cypriani*, vt sciant fideles Dominicum in Dominico Dominicis diebus celebrari. Diem autem Dominicum à populo simul in vnum locum congregato celebrãdum fuisse, præsignificatum est in veteri lege: Nam dies octauus (qui est Dominicus) erat celeleberrimus *Leuit.* 23. & vocabatur dies conuocationis populi & cœtus solemnis: Sic Salomon. 2. *Paralip.* 7. post altare dedicatum septem diebus, die octaua festiuiore populum congregat: Sicut & Israëlitæ solebant quotannis *Nehem.* 8. festum tabernaculorum septem diebus celebrare, ita tamen vt dies octaua omniũ esset celeberrima in populi cõuocatione. Potest etiam Parochiarum nomen deduci à verbo παροικέω & dicitur de incolis qui circumhabitant, vel cum alijs habitant; & hoc sensu aduentitij sunt Parochiani ratione commorationis; qui vero nati etiam sunt & renati in Parochia, sunt filij Ciues & Domestici: Hinc patet ex textu græco Bibliorum, quomodo Abraham fuit Parochianus in terra aliena *Hebr.* 11. Moyses in terra Madian *act.* 7. Et

populus Israëliticus in terra Egypti, *act.* 13. Christus ipse *Luc.* 24. vocatur πάροικος, & mirantur duo discipuli si ipse solus Parochianus in Hierusalem ignorabat quæ in ea facta erant.

Tunc autem vnica erat Parochialis Ecclesia Hierosolymis in quam ex omni Iudæa ter saltem in anno conueniẽdum erat nõ vacuis manibus *Deuter.* 16. Ideo audiendos esse etiam à Discipulis suis eos qui super Cathedram Moysis sederent voluit Christus *Math.* 23. Ideo Petrus & Ioannes ascendunt in templum Hierosolymitanum ad horam orationis nonam *act.* 3. Ideo Paulus iter accelerat vt celebret Pentecosten in sua illa Parochia *act.* 20. Ideo Maria purificat se, & Christus offertur in eodem templo in quo postea frequenter prædicat, & illuc vterque ascendit *Luc.* 2. secundũ consuetudinem diei festi. Si vero Budæum cõsulimus, Parœcia est accolarum cõuentus & accolatus sacraque vicinia; Nam etiã cum vicinis manducabatur agnus Paschalis *Exod.* 12. Pastori congratulantur vicini propter ouem recuperatam, & mulier aduocat vicinas *Luc.* 15. cũ dragmã inuenit.

Scripturis sacris iura Parochialia ma-

gis ac magis confirmãtur dum *Genes.* 14. Melchisedec Rex Salẽ & Sacerdos profert panem & vinum in sacrificium & benedicit Abrahamo, qui vicissim dat ei Decimas ex omnibus: *Genes.* 28. Iacob pollicitus est in lege naturæ dare Decimas bonorum suorum omnium. In lege Mosaïca *Exod.* 22. Primitiæ ac Decimæ debebantur Sacerdotibus & Leuitis: *Exod.* 23. ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo: *Leuit.* 5. varia quædã sacrificia instituuntur pro expiandis diuersis peccatis à Sacerdote: *Deuter.* 16. illicitum erat sacrificare extra locum illum vnicum à Deo deputatum: *Psal.* 106. exaltent eum in Ecclesia plebis: *Ioann.* 10. Qui non intrat per ostium fur est & latro, bonus pastor proprias oues vocat nominatim (in baptismo,) educit eas & ante eas vadit (in processionibus,) vnum ouile, vnus Pastor (vna Parochia) *Act.* 14. per singulas Ecclesias cõstituuntur presbyteri: 1. *Cor.* 9. Quis pascit gregem & de lacte gregis non manducat? Dominus ordinauit eis qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere: 1. *Thessalon.* 4. Qui hæc spernit non hominem spernit sed

Deum: 1. *Timot.* 5. Qui bene præsunt Presbyteri duplici honore digni habentur: *Iacobi* 5. infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ & orent super eum vngentes eum oleo in nomine Domini: 1. *Petr.* 5. pascite qui in vobis est gregem Dei.

Obijciunt, inutilè esse fideles alligare Missæ Parochiali & prono illius; quasi æque facilè ab omnibus aliunde sciri possint quæcumque in ea denunciantur. Respondeo 1. etsi ea omnia sciri possent aliunde, tamẽ defferendus esset hic honor Matri Ecclesiæ, cum toties id præceptum sit à Cõcilijs Diæcesanis, Prouincialibus, Nationalibus & Generalibus, nec non à summis Põtificibus supra citatis: Et certè mirum est quod viri quidam Religiosi negligant excommunicationem latam à Papa anno 1478. mirum etiam cur nolint iura Parochialia frequenter commendare in suis concionibus, cum id eis, à summo Pontifice strictissimè sit præceptum ann. 1303. 1592. & alias frequentissimè. Respondeo 2. Quod in Parochia fideles audiunt quæ supplicationes processionesue aut stationes, orationes, indulgentiæ, iubilæa indicantur; & quæ Matrimoniorũ

denunciationes fiant: illic Parochi solemniter monent cōtumaces eosque tandem excommunicatos denuntiant: Episcoporum & nonnumquam Curiæ secularis grauiora mandata si quæ sint, Congregationi nota faciunt: ieiunia extraordinaria & festa localia indicunt: Quæstores & pauperes eleemosynis fidelium, & Parochianos ægrotantes cæterorum orationibus commendant, ita vt nefas sit populum his bonis priuare, quæ vix aliunde sciri possunt, vel haberi: In Parochijs habemus gazophilacia, & in eisdē collectæ fiunt ad subueniendum egenis, pupillis & viduis & ad reparandas Ecclesias: illicq; fere omnimoda est sanctorum Communio. Negligitur tamen & contemnitur hodie paræciacum fanum, vt cum eius dispendio augeantur alia: & interim hinc fit vt à plerisque ignorentur articuli fidei (minoribus enim istis docendis vix occupantur Regulares) languescit omne Parochorum officium, sacrorum Canonū violatur vsus, Episcopalis authoritas vilipenditur, corruunt templa à maioribus tanto pietatis studio exædificata, & in illis nulla pene aut exigua Ecclesiastica ad diuinum officium obeundū necessaria sup-


pellex; quia Religiosis domibus videntur debita fidelium omnium vota: dum non aduertunt hæc esse consilij ac proinde bona; illa vero quæ Parochijs debentur esse necessitatis, ac proinde numquam omittenda: nihil ad salutem prosunt supererogationis & consilij opera, si peccans in necessario aliquo, fiat omnium reus.



CAPVT

CAPVT SEXTVM.

Miscellanea quædam de iuribus & officijs Parochialibus.



NNO 34. *& seq.* Primi Christiani post Pentecosten quotidie erant perdurantes *act.* 2. vnanimiter in templo illo Parochiali hierosolymitano. Vna Sabbathi, id est die Dominicà conueniunt Pastores ad frangendum panem, id est ad distribuendam Eucharistiam; erant autẽ lampades copiosæ in Cœnaculo vbi erant Congregati. *act.* 20. *Ex liturgia B. Petri*, oblata & populus incensantur. *Ex liturgia B. Iacobi Minoris*, Presbyter sacrificat pro peccatis suis, & pro ignorantia populi. *Ex liturgia B. Mathei.* Statim post consecrationem panis in corpus Christi, populus respondet Amen, Amen, Amen, & similiter post consecrationem Calicis.

Circa idem tempus conditi sunt Canones ab Apostolis, *in quorum collectione Gentiano Heruete interprete can.* 4. fructus qui in Ecclesia offerri non possunt à populo, domum mittuntur primitiæ presbyteris & Episcopo. *can.* 36. bis in anno fiat

Episcoporum Synodus, & inter se examinent Decreta Religionis, & incidentes Ecclesiasticas controuersias componant.

Post annum 93. *ex lib. 2. Constit. Apost. cap. 26. per Clement.* Dijs populi tui non detrahes, Episcopus igitur vobis præsideat tanquam Dei dignitate cohonestatus, qua Clerum sub potestate sua tenet & toti populo præest.

Post annum 121. *ex epist. 1. Alexandri primi*, aquam sale conspersam populis benedicimus, vt ea cũcti aspersi sanctificentur ac purificentur.

Circa annum 197. *ex Tertul. lib. de Orat. cap. 14.* diebus stationum vacatur etiam orationibus sacrificij.

Circa annum 282. *ex Decreto Eutichiani Papæ.* Illicitum est pro Hæreticis sacrum facere.

Post annum 314. *ex Conc. Laodiceno cap. 46.* Oportet eos qui ad baptisma veniunt, fidem discere, & quinta feria septimanæ maioris Episcopo aut Presbyteris reddere: *Can.* 48. Oportet eos qui baptisantur, post lauacrum accipere Chrisma Ecclesiæ: *Can.* 52. Non oportet in quadragesima nuptias aut Natalia celebrari.

Anno 374. *ex Conc. Valent. in Gallia*, Presbyteri qui Diæcesanas Ecclesias regunt, non à quibuslibet Episcopis sed à suo, ante Paschæ solemnitatem Chrisma petant, *de Consecr. dist 4. can. Presbyteri.*

Circa annum 423 floruit D. Augustinus qui *lib. contra epist. fundam.* ait se non crediturum fuisse Euangelio, nisi ad hoc authoritate Ecclesiæ permotus fuisset.

Post annum 440. *ex epist. 4. Leonis* I. Extra necessitatem non ministratur baptismus adultis, nisi in vigilijs Paschæ vel Pentecostes.

Anno 441. *ex Conc. Arausic. can.* 5. eos qui ad Ecclesiam confugiunt tradi non oportet, sed loci sancti reuerentia & intercessione defendi *can. eos qui, dist.* 87.

Anno 506. *ex Conc. Agatensi. can.* 53. Quidquid Parochiarum Presbyter de Ecclesiastici iuris possessione distraxerit, inane habeatur & vacuum.

Anno 545. *ex Conc. Aurelian. cap.* 1. festiuitas Paschę annis singulis Epiphaniarum die in Ecclesia populis denuncietur.

Anno 590. *ex Conc. Antisiodor. can.* 33. Non licet Presbytero nec diacono ad trepalium stare vbi rei torquentur: *Can.* 34. Non licet Presbytero in iudicio illo

sedere, vnde homo ad mortem tradatur.

Post annum 590. *ex lib.* 7. *epist. D. Gregorij epist.* 4. pretium pro sepultura aliqua numquam recipiendum est, nisi sponte pro luminaribus Ecclesiæ aliquid offeratur, *ex eod. lib. epist.* 56. *ind.* 2.

Anno 658. *ex can.* 5. *Conc. Cabilon.* seculares qui necdum sunt ad Clericatum conuersi, res Parochiarum vel ipsas Parochias minimè ad regendum debent habere commissas.

Anno 756. *ex Conc. in Palatio Vernis sub Pipino Rege cap.* 9. Excommunicatus in Ecclesiam non debet intrare, nec cum vllo Christiano cibum vel potum sumere, nec eius munera accipere debet quisquam, vel osculum porrigere, nec in oratione se iungere nec salutare.

Anno 773. *ex epit. Canon. quos Adrian. Pap. obtulit Romæ Carolo magno*, Nullus in cœna Domini ieiunium quadragesimale soluat: Clerici res Ecclesiæ quas de rebus conquisierint Ecclesiasticis relinquant Ecclesiæ: altaria ab Episcopis euertantur vbi nullius sancti corpus aut reliquiæ conditæ probantur.

Anno 787. *ex* 7. *Conc. OEcumen. Nicæno* 2. *can.* 7. templa sine reliquijs non sunt con-

ſecranda : *Can.* 10. Clericus à ſua Parochia in aliam non excurrat ſine licentia Epiſcopi.

Anno 813. *ex cap.* 18. *Conc. Arelatenſis*, Presbyteri ſub ſigillo cuſtodiãt Chriſma & nulli ſub prætextu medicinę vel cuiuſlibet rei donare præſumant, genus enim Sacramenti eſt, &c.

Eodem anno *ex Conc. Cabilon. cap.* 32. Confitenda ſunt omnia peccata, quæ vel corpore vel animo ſolo ſunt commiſſa.

Anno 845. *ex Conc. Meldenſi cap.* 50. Presbyteri vel quilibet Clerici in alterius Parochiam ſine Formata nõ recipiantur, neque retineantur, nec etiam miniſtrare ſinantur.

Circa annum 895. *ex Conc. Nannetenſi cap.* 6. Laïci nec in atrio nec in porticu ſed extra Eccleſiam ſepeliantur.

Anno 1022. *ex Conc. Salegunſtadienſi cap.* 12. Nulla ædificia in atrio Eccleſiæ ponantur niſi Presbyterorum.

Anno 1049. *ex Conc. Remenſi*, prohibetur ne pro ſepultura vel baptiſmo, ſiue pro Euchariſtia, aut infirmorum viſitatione quidquam exigatur; licite tamen recipi poteſt quod vltro & ſponte dari ſolet à fidelibus.

Anno 1095. *ex can.* 29. *Conc. Claromontani*, si quis ad aliquam crucem in via persequentibus inimicis confugerit, liber ac si in ipsa Ecclesia, permaneat.

Anno 1180. *ex Conc. OEcum. Lateran.* 3. *cap.* 25. manifesti vsurarij nec ad Communionem admittuntur, nec ad sepulturam Ecclesiasticam, nec eorum oblationes sunt recipiendæ: *In eodem Concilio* Religiosis præcipitur, vt ex prædijs conductis Decimas soluant: Decimæ Noualium Ecclesiæ in cuius Parochia territorium est persolui debent.

Anno 1215. *ex Conc. OEcum. Lateran.* 4. *cap.* 29. Nemo plures habeat Parochiales Ecclesias: *cap.* 55. de terris acquirendis, non obstantibus Priuilegijs soluantur Decimæ.

Anno 1262. *ex Conc. Andegauensi*, Monachi extra villas in quibus morãtur, non debent exire ad exequias mortuorum.

Post annum 1294. *ex Constit. Bonifacij Papæ cap.* 1. *de sepult. in* 6. Peccant mortaliter qui aliquem inducunt ad promittendum vt apud suas Ecclesias sepulturam eligat, vel electam non mutet; & restituere tenentur quidquid ratione talis sepulturæ receperint: Qui vero nulla electa

ſepultura moriuntur, ſepeliendi ſunt in ſepulchris maiorum ſuorum, vel in Cœmeterio Parochiali, ius enim funerandi eſt Parochiale iure communi *ex Chop. lib. 2. Monaſt. tit. 1. num. 15.* Cum vero aliquis ſepulturam elegerit apud Regulares, ipſi debent Parocho quartam partem eorũ omnium quæ ipſis dantur, *extrauag. 2. tit. de ſepult. in Com. Eod. autem lib. 6. Decretalium tit. de Decim. cap.* 2. Priuilegiati ſuper Decimis recipiendis, Eccleſijs Parochialibus aſſignare debent portionem pro debitis oneribus ſupportandis; & Religioſi Exempti compellũtur ſoluere Decimas Parochialibus Eccleſijs, ſi nõ agatur de rebus exemptis. *tit. de ſentent. excòm. cap.* 17. interdicta Eccleſia, Capella contigua & Cœmeterium contiguum dicitur interdictum.

Anno 1322. *ex Conc. Sabinenſi,* Parochiæ certis limitibus definiantur, vt ibidem & Sacramenta recipiantur, & Decimæ ſoluantur: Rectores Curam habeant hoſpitalitatis & hoſpitalium quæ fuerint in ſua Parochia.

Anno 1404. *ex Conc. Lingon.* poſtquam prægnans eſt mortua, Curet Parochus os defunctæ ſemper eſſe apertum, eamque

procuret cito aperiri vt partus extrahatur & baptisetur; Singulis autem qui huic operi consilium vel iuuamen præstiterint dantur 40. dies indulgentiæ.

Anno 1526. *ex Conc. Carnotensi*, Parochi moneant omnes ne pueros nōdum triennes cum ipsis dormire permittant: Qui sepulturæ locum non elegerint, sepeliantur in Parochia sui domicilij, etiam si contingat eos extra illam mortuos esse.

Anno 1539. *ex Const. Francisci primi*, liber Curatorum continens diem & horam Natiuitatis ac baptismi, plenam fidem facit in iudicio ad probãdam alicuius ætatem, qui tamen liber ab aliquo etiam Notario debet subsignari.

Anno 1560. *ex Const. Aurelian. Caroli 9. art.* 10. Confratriarum reditus, scholis & pauperibus sunt impendendi, diuino seruitio deducto: *art.* 23. *& seq.* festa ita religiosè sunt obseruanda, vt in eis abstineatur à ludis, choreis & maximè dum fiunt diuina officia: *art.* 27. Curati non possunt testamenta recipere in quibus aliquid ipsis donatum vel legatum fuerit.

Anno 1563. *ex Conc. Trident. sess.* 24. *cap.* 1. *de reform. ma*[*trim*]. Qui aliter quàm præsente Parocho vel alio Sacerdote de ipsius

ipsius Parochi seu Ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus annullat; benedictio etiam nuptiarum debet à proprio Parocho fieri, vel ab altero licentiam habente; Decretum hoc in vnaquaque Parochia suum robur habere incipit post triginta dies à die primæ publicationis in eadem Parochia factæ. *sess.* 24. *cap.* 13. In fauorem Parochorum statutum est, vt numquã imponi possit pensio super beneficio Curato, nisi Rectori supersint centum Ducati: in parochialibus Ecclesijs quarum fructus adeo exigui sunt, vt debitis nequeant oneribus satisfacere, curabit Episcopus si per beneficiorum vnionem (non tamen Regularium) id fieri non possit, vt primitiarum vel Decimarum assignatione, aut per Parochianorum symbola & collectas, aut qua commodiori ei videbitur ratione, tantum redigatur, quòd pro Rectoris aut Parochiæ necessitate decenter sufficiat.

Post annum 1566. *ex Declarationibus Pij.* 5. portio congrua perpetuis Vicarijs Parochialibus assignatur vt non sit maior

centum, nec minor quinquaginta scutorum.

Anno 1569. *ex Conc. Mediol.* 2. Confratres disciplinatorū etiam nominatim non vocati, ad statas & solemnes processiones accedant.

Anno 1579. *ex Constit. Blesen. Henrici* 3. *art.* 14. Parochi à sua residentia non nisi ad duos menses dispensentur: *art.* 22. Congruæ sustentationi Rectorum prouidendum est per vnionem beneficiorum, aut per Decimarum distributionem, &c. *art.* 37. prohibentur Confraternitates eorum qui artes mechanicas exercent: *art.* 40. Matrimonia clandestina prohibentur, neć dispensari potest quin saltem fiat vna proclamatio; *art.* 44. Non licet Notarijs recipere Matrimoniales contractus per verba de præsenti: *art.* 47. grauiter puniuntur qui vsurpāt bona Ecclesiastica: *art.* 48. reditus Ecclesiastici non debent locari Nobilibus, nec eorum aut Regijs Officiarijs.

Anno 1582. *ex Conc. Burdegal. cap.* 14. Parochorum est testimonium dare modestiæ & probitatis eorum qui ad Ordines sunt promouendi: *cap.* 15. Qui regularis siue secularis Matrimonio cōiun-

git aut benedicit ſponſos ſine illorum Parochi licentia, eſt ipſo iure ſuſpenſus: Parochis autem præcipitur frequenter publicare Concilij Tridentini Decretum de Matrimonio: *cap.* 30. Nulli poſt mortem communicetur, cui viuo communicare non liceat, cuius generis ſunt Hæretici, ſchiſmatici, publice excommunicati, fæneratores manifeſti, blaſphemi, ſi poſt monitionem à tam nefario & execrabili ſcelere non reſipuiſſe comperti fuerint; quibus omnibus nec non ijs qui ad ſacratiſſimum feſtum Paſchæ non communicauerint, vel qui ſibi manus violentas attulerint vel in duello occubuerint, vel in quouis peccato manifeſto obierint, deneganda eſt ſepultura Eccleſiaſtica.

Anno 1583. *in Conc. Remenſi*, idem ferè ſtatuitur pro ſepultura deneganda publicis Simoniacis, fiduciarijs, infidelibus, alijſque ſimilibus, & qui eos ſepeliri procurauerint excommunicatione feriãtur: eorum autem ſepultura in cœmeterio cœmeterium tantum; in Eccleſia verò facta, & Eccleſiam & cœmeterium illi contiguum polluit.

Anno 1584. *ex Conc. Bituricenſi*, in Ec-

clesijs sepeliantur tantum Prælati, Ministri Ecclesiæ, Principes, fundatores Ecclesiarum, Patroni, Domini locorum, & qui Magistratu aliquo cum honore functi fuerint, ac de republica bene meriti, & ij qui ab antiquo in Ecclesijs ius habent sepulturæ.

Anno 1585. *ex Synodo Aquensi*, campanas tres aut duas saltẽ habeat quæuis Parochia, simplex autẽ Ecclesia vnã tantũ.

Anno 1590. *ex Conc. Tholosano* idem de cãpanis statuitur: Dirutarum Ecclesiarum reliquiæ in Ecclesiam Parochialem aut Matricem transferantur.

Anno 1600. *ex Constit. Clement.* 8. *pro ceremoniali Romano*, Clero seculari in processionibus reseruatur dignior locus præ cunctis Religiosis.


Anno 1624. *ex Conc. Burdigal. cap.* 4. *art.* 1. Mercatus in die festo occurrentes in alium diem transferantur: *cap.* 7. *art.* 6. sponsalia tum de futuro, tum de præsenti, fiant tantum in Ecclesia: *cap.* 10. *art.* 3. Parochia in duas diuidi debet si nimia locorum distantia à Parochiali templo id requirat: *cap.* 13. *art.* 3. Parochus infantes in propria Parochia & ex Parochianis suis natos, è sacro baptismatis

fonte non suscipiat: *cap. 20. art. 6.* Regulares ne extra sua septa mortuos è domo cum stola efferant, hoc enim est Parochorum munus.

Meminerint ergo Regulares quamtumuis priuilegiati, quòd ipsis antiquiores sunt Parochi, qui soli in suis Ecclesijs habent fontes baptismales, in quibus fideles regenerati sunt & solemniter exorcisati, & nomen proprium acceperunt, ibique primum vncti ex tunc Christiani sunt denominati: Tres sunt ordinarij, Papa, Episcopus & Parochus, immediate à Christo primum instituti; quibus proinde de iure diuino competit (quamuis in diuerso gradu) iurisdictio Sacramenta ministrãdi: Sacerdote verbum faciente in Ecclesia qui egrediebatur de Auditorio poterat excõmunicari *ex Conc. Cartag. 4. c. 24.* hoc certe locum habet maxime contra eos qui contemnunt audire Pronum, cui si nemo tenetur interesse, (vt volunt aduersarij,) denunciationes in eo frustra fient. Denique ita intemeratum & inuiolatum debet conseruari ius Parochorum vt conuentiones in eius præiudicium factæ rescindantur, *cap. Plerique tit. de pact. ex Conc. Lateran. sub Innocentio 3.*

CAPVT SEPTIMVM.

De potestate Episcoporum super Regulares etiam Priuilegiatos.



ANNO 325. *Ex Can.* 14. *Arabico Conc. Nicæni per Pisanum lib.* 3. Laïcus non potest fieri Monachus sine licentia Episcopi, ne vllus causam habeat relinquendi vxorem, aut filios, aut Matrem aut similes qui auxilio eius opus habent. *can.* 42. Clerici & Monachi delinquentes excommunicari possunt a Synodo.

Anno 451. *Calcedonensis OEcumen. Conc.* 4. *can.* 4. Prohibetur Monachis ne vsquam ædificent Monasterium vel Oratorij Domum præter conscientiam Episcopi ciuitatis; vultque Concilium eos Episcopo subiectos esse, & ne Ecclesiasticis negotijs communicent, nisi fortè ab eodem eis præcipiatur.

Anno 506. *ex Conc. Agathensi can.* 27. Nouum Monasterium inconsulto Episcopo nemo potest erigere.

Post ann. 590. *ex lib* 5. *epist. D. Gregorij epist.* 46. Missæ publicæ cathedra in Ecclesia positá non sunt in Monasterio ce-

brandæ: *Lib. 6. epist.* 32. Monachi contra Abbates insurgentes ab Episcopis corrigantur: *Lib.* 10.*epist.* 53. ad petitionem Abbatis & ex mandato summi Pontificis, vnus Monachus ab Episcopo Leontino fit Presbyter, cum eo solo priuilegio vt in Congregatione sua possit Missam celebrare: *Lib.* 12 *epist.* 31. Bonorum Ecclesiasticorum 4[r] portiones fiunt, vna Episcopo & familiæ eius propter hospitalitatem & susceptionem, alia Clero, tertia pauperibus, & quarta Ecclesijs;

Anno 633. *ex Conc. Nation. Tolet. can.* 50. Episcoporum est Monachos ad conuersationem sanctam præmonere, Abbates aliaque officia instituere atque extra regulam facta corrigere.

Anno 756. *ex cap.* 5. *Conc. in Palatio Vernis sub Pipino Rege Francorũ*, Monasteria tam virorum quam puellarum, si secundum Ordinem Regulariter viuere contempserint, Episcopus in cuius Parochia esse videntur hoc emendare debeat.

Anno 836. *ex Conc. Aquisgran.* Monachi neque secularibus neque Ecclesiasticis negotijs nisi in causa necessitatis de licentia Episcopi interesse possunt: Monachi non debent paruipendere Pastores

ſuos in cuiuſcũque Parochia cõſiſtentes.

Anno 847. *ex Conc. Mogunt. c.* 14. Monachus Parochias Eccleſiarum accipere non præſumat ſine conſenſu Epiſcopi.

Anno 1050. *ex* 2. *tit. Conc. Coyacenſis*, Abbates & Cœnobitæ omnes ſubditi ſunt Epiſcopis.

Anno 1078. *ex Conc. Romano*, Nullus Abbas Decimas & primitias ſine authoritate Papæ vel Epiſcopi detineat.

Circa an. 1150. floruit Gratianus. *ex cuius* 16. *q.* 1. *can.* 2. Nemo poteſt & Eccleſiaſticis obſequijs deſeruire & in Monachica regula ordinaté perſiſtere: *can.* 5. ſi cupis eſſe quod diceris Monachus, id eſt ſolus, quid facis in vrbibus, quæ vtique non ſunt ſolorum habitacula ſed multorum: *can.* 10. Monachi Chriſma & oleum, conſecrationes altarium, Ordinationes Clericorũ ab Epiſcopis accipiant in quorum Parochijs manent.

Anno 1180. *ex Conc. Lateran.* 3. Monachi non debent authoritate propria mortuos in cœmeterio ſuo ſepelire.

Anno 1235. *ex Conc. apud Caſtrum Gonterij*, Exempti tenentur ſua priuilegia exhibere Ordinarijs, alioquin pro exemptis non habeantur.

Circa

Circa annum 1270 floruit D. Thomas *ex cuius* 2ª 2ª *q.* 67. *art.* 1. *ad* 3. Regulares exempti delinquẽtes in re non exempta, puniri poſſunt ab Epiſcopo: *ex ead. parte q.* 188. *art.* 4. *ad* 2. Quædam Religiones inſtituuntur ad prædicandum & confeſſiones audiendum, non authoritate propria ſed Prælatorum ſuperiorum & inferiorum; quorum inferiorum Prælatorum nomine veniunt & intelliguntur etiam Curati *ex ſuppl. q.* 8. *art.* 5. *ad* 1.

Poſt annum 1294. *ex Conſtit. Bonifacij lib.* 6. *Decretalium tit. de Priuileg. cap.* 1. Exempti vel priuilegiati conueniuntur coram Ordinario ratione delicti, contractus, aut rei, ſi hæc inita ſint vel ſita in loco non exempto: *cap.* 4. Exempti in locis nõ exemptis Oratoria vel Capellas ſine Diæceſanorum licentia conſtruere non poſſunt, nec in exemptis ſine licentia Papæ: *cap.* 9. per exemptionem Eccleſiæ conceſſam ipſa Eccleſia & ipſius Monachi, vel Canonici, Clerici etiam & conuerſi perpetuoque oblati intelliguntur exempti; nõ autem Eccleſiæ eiuſdem Presbyter qui Parochianorum curã habet, quoad ea quæ ad curam eandẽ pertinent, nec etiam ipſi Parochiani cenſentur exempti.

Circa annum 1301. *extrauag. 1. de off. iud. ordin. in Comm.* Episcopus Monasteriū visitans, non tenetur accipere Monachos illius Monasterij pro tabellionibus etiam si hoc haberet consuetudo.

Anno 1311. *ex Conc. OEcumen. Vienn. in Clement. tit. de priuil.* Religiosi qui absoluere præsumunt à sententijs per statuta Prouincialia aut Synodalia promulgatis, excomunicationis sententiam incurrunt ipso facto Apostolicæ sedi reseruatam; & possunt excommunicati denunciari publice ab Ordinarijs.

Anno 1317. *ex Conc. Rauennate rubr.* 5. Nemo in Canonicum vel in Monachum recipiatur sine licentia speciali sui Ordinarij.

Anno 1318. Ioannes 22. Cōcedit quibusdam Religiosis vt noua Monasteria recipiant de consensu Diæcesanorum; oblationes etiam & iura sepulturæ sine præiudicio cuiuslibet iuris alieni; & vt officio prædicationis ac confessionum audiendarum fungantur saluo iure Parochiali Sacerdotū *vide Chop. lib. 2. Monastic. tit.* 1. §. 21.

Anno 1386. Arresto Parlamenti Parisiensis 24. *Mart.* Mendicantes Religiosi

non possunt reditus annuos perpetuos possidere.

Anno 1515. *ex Conc. Lateran. sub Leone* 10. Ordinarij corrigere possunt exemptos si eorum iudices in hoc fuerint negligẽtes.

Anno 1536. *ex Conc. Colon. parte* 4. *cap.* 11. Regulares non admittuntur ad concionandum quin seriò promittant, Synodalibus institutis obtemperare.

Anno 1560. *ex Constit. Aurelian. Caroli* 9. *art.* 11. Seculares & Regulares exempti qui non sunt capita Ordinum subdantur Episcopo quoad visitationem & punitionem criminum.

Anno 1563. *ex Conc. Trid. sess.* 7. *cap.* 14. *renouatur Constitutio Innocentij* 4. *Lata in generali Conc. Lugdun. qua statuitur quod* Exempti licet gaudeant suis exemptionibus & libertatibus, nihilominus tamen ratione delicti seu contractus aut rei de qua contra ipsos agitur, rite possunt coram locorum Ordinarijs conueniri, & illi quoad hoc suam in ipsos iurisdictionem, prout ius exigit exercere. *sess.* 25. *cap.* 11. personæ tam regulares quam seculares curã animarum exercentes, subsunt immediate in his quæ ad dictam Curam & Sacramentorum administrationem pertinent.

